# Incipit prologus

ſancti Hieronimi cardinalis pꝛ̄ſbiteri in li
bros vitaſpatrū ſanctoꝝ egiptioꝝ̄. etiā eo
rumqui in Scithya Thebayda atqꝫ Me
ſopothamia moꝛati ſunt. nō ſolū quos ocu
lis vidit maximoqꝫ laboꝛe conſpexit. verū
et qꝫ plura a fide dignis relata conſcripſit
notabili diligentia. Deniqꝫ alioꝝ̄ etiā au
tenticoꝝ̄ libellos fideliter e greco in lati-
nū tranſtulit. et ab alijs trāſlata ꝓ ſui pfe-
ctione huic operi inſeruit. A

b BEnedi
ctus deus qui
vult oīes ho-
mies ſaluos fi
eri et ad agniti
onē veritatꝫ ve
nire. qui etiā
iter noſtrū di-
rexerat ad egi-
ptū. ⁊ oſtendit nobis mirabilia magna ad
poſteritatꝫ memoriā ꝓfutura. ex qbꝫ nō ſo-
lū nobis cauſa ſalutis oꝛireť. verꝫ ⁊ hiſtoꝛia
ſalutarꝫ atqꝫ ad doctrinā pietatꝫ aptiſſima
ꝯdereť. que virtutis iter agere volētibus
geſtoꝝ̄ p̄cedētiū fide ampliſſimū tramitē
pandat. Quāuis ad tantaꝝ reꝝ narratōēꝫ
minus ydonei ſumus nec dignū videať in-
gentiū reꝝ exiguos ac ꝑuos fieri autoꝛes p̄
celſaſqꝫ virtutes humili narrare ſmōe. tn̄
qm̄ fratrū charitas eoꝝ̄ q̄ in mōte ſancto
oliueti ꝯmanēt hoc a nobis freq̄nter expo
ſcit. vt egiptioꝝ monachoꝝ vitā: v̄tuteſqꝫ
animi. ⁊ cultū pietatis atqꝫ abſtinentie ro-
bur qꝺ in eis coꝛā vidimus explicemus.
p̄cibus ipſoꝝ qui hoc imꝑant adiuuandꝫ
me credens aggrediar. nō tā ex ſtilo laudē
req̄rens qꝫ ex narratōe rerū edificatōnem
futurā legentibꝫ ſꝑerans. dū geſtoꝝ̄ vnuſ
quiſqꝫ inflāmatus exemplis hoꝛreſcere q̄-
dem ſeculi illecebras. ſectari v̄o quietꝫ et
ad pietatis inuitatur exercicia. Vidi ergo
et vere vidi theſaurū xp̄i in hūanis abſcō
ditū vaſculis. queqꝫ theſaurū reptū nolui
tanqꝫ inuidus occultare. ſed q̄ſi ꝓ multꝫ in
uentū ꝓferre in mediū et facere ꝯmunem.
certus ꝙ q̄nto plures ex eo fuerint ditati:
tanto mihi amplius acquireretť. Ego enꝫ
locupletioꝛ fiam cū alioꝛum ſalus miſterij
mei fuerit queſita mercimonio. In p̄ici-
pio ergo narratōis nr̄e adeſſe nobis p̄eca
mur gratiā dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i. cuius v̄tu-
te omnia hec pietatis exercitia apud egipti
monachos habenť. Vidim⁹ enim apud
eos multos patres celeſtē vitā in terra po-
ſitos agētes. ⁊ nouos quoſdā ꝓphetas tā
virtutibꝫ animi qꝫ vaticinādi officio ſuſci
tatos quibꝫ ad teſtimoniū meritoꝝ nec ſi-
gnoꝝ̄ quidē ac ꝓdigioꝝ̄ deerat efficacia.
Et merito. Cur enim q̄ nihil terrenū nihil
carnale cupiūt nō accipiūt celeſtē ꝑtātem
Nōnullos nāqꝫ eoꝝ̄ ita ab omni malicia
et cogitatōe et ſuſpitōe vidimus alienos.
vt nec ſi aliq̄d mali adhuc gereretť ī ſeculo
meminiſſent. Tāta ī eis erat trāq̄llitas ani-
mi. tātuſqꝫ inoleuerat eis bonitatꝫ affect⁹
ut merito de eis dictū ſit. Pax multa dili
gētibꝫ nomē tuū dn̄e. Cōmanent aūt ꝑ he
remū diſꝑſi et ſeꝑati cellulis. ſꝫ charitate cō
nexi. Ob hoc aūt dirimunť habitaculiſ ut
ſilentij ſui quietē et intentōēm mentis diui
na ſectātes nec vox aliqua nec occurſus vl
lus aut ſermo aliq̄s ocioſus obturbet. In-
tentis ergo in ſuo quiſqꝫ loco animis velut
boni p̄res xp̄i expectant aduentū. Aut tan
qꝫ miles ꝑatus in caſtris imꝑatoris p̄ſen-
tiam. vel ut fideles ſerui aduentantē dn̄m
ſuſtinent libertatē ſibi ꝑiter ⁊ munera lar
gituꝝ. Omnes ḡ hi nullā cibi aut indumē
ti aut vllius hoꝝ̄ ſolicitudinē gerūt. Sci-
unt enim qꝛ ſcriptū eſt. Hec oīa gentes co-
gitant. ipſi vero iuſticiā et regnū dei req̄rūt
⁊ hec omnia ſm̄ ꝓmiſſionē ſaluatoꝛiſ appo
nuntur eis. B Deniqꝫ eoꝝ̄ plurimi
forte ſi in aliquo neceſſarijs ad vſus coꝛpo
ris eguerint. nō ad hūana ꝓfugia ſꝫ ad deū
verſi. et ab ipſo tanqꝫ a patre poſcentes que
popoſcerint ilico conſequūtur. Tanta nan
qꝫ in eis fides eſt q̄ etiā montibꝫ ut tranſfe
rantur valeat imꝑare. Unde ⁊ nō nulli eo
rum irruptōes fluuij in ꝑniciē vicinarū
regionum ꝯcitatas oratōnibus repſſerūt.
et ꝑede incedētes aluei ei⁹ ꝓfūda digreſſi



LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

ſunt. immaneſq̃ eius beſtias pemerunt.
et plurima atq̃ immenſa ſigna que a pphe
tis et apoſtolis antiquitus geſta fuerant cō
ſummarunt ut dubitari non debeat ipſorū
meritis adhuc ſtare mundum. Sed illud
valde mirū eſt cum ſemp optima queq̃ ra
ra ſint et difficilia. in illis tamē vtrūq̃ pa-
riter conueniſſe vt et numero immēſi ſint
et virtutibus incompabiles. Sunt eniz et
alij in ſuburbanis locis. alij p rura. pluresſ
autem et egregij p heremuz diſpſi. et velut
quidam celeſtis exercitus in pcinctu poſit⁹
atq̃ in tabernaculis degens ad obedientiā
preceptorū regi ſemp intentus. armis ora
tionum pugnās. et ſcuto fidei ab inimico
inſidiante ptectus regnuz ſibi celeſte ↄqui
runt. Sunt ergo ornati moribus. quieti: le
nes. trāquilli: et charitatis vinculis velut
quadam germanitate cōſtricti. Ad emula
tionem vero virtutū certamen ingēs exer-
cent et agones. Studet enim vnuſquiſq̃
clementior altero benignior. hic humilior
ille patientior inueniri. Si quis aūt ſapiē-
tior ceteris fuerit hic ita cōmunis erga oēs
⁊ mediocris exiſtit ut ſm mādatū dñi oīm
minim⁹ et omniū ſeru⁹ eſſe videat̃. Quia
ergo dei munere donatuz mihi eſt. ⁊ vide
re eos: ⁊ intereſſe ↄuerſatōi eorū. et de ſin
gulis iam nunc que ad memoriā dominus
reduxerit enarrare tēptabo. ut hi qui nō vi
derunt eos in corpe: opera eorū diſcentes
vitamq̃ eorū pfectam lectōis indicio colli
gentes ad emulatōnem ſancti opis inuitē
tur. et pfecte ſapientie palmam requirant.

Explicit plogus.

# Incipit narratio de ſancto Johāne egiptio heremita.

PRimū igitur
p tanq̃ vere fundamentum
noſtri opis ad exemplū
bonoꝝ oīm ſumam⁹ egipti
um Johannē q̃ ꝟe etiā ſo
lus ſatis ſupq̃ ſufficiat religioſas ⁊ deo de
uotas mentes ad virtutū culmē erigere: ⁊
ad pfectōis veſtigia ↄcitare. ¶ Nūc enim
vidimus in thebaydis partib⁹ in heremo q̄
adiacet ciuitati Lyto in rupe q̄dā mōtis ar
dui cōmanentē. Aſcenſus ad eū difficilis.
adit⁹ monaſterij ei⁹ obſtructus ⁊ clauſus
ita ut a quadrageſimo etatis ſue anno vſq̃
ad nonageſimū quem tūc gerebat cū eū vi-
dimus monaſteriuz eius null⁹ intrauerit.
Aduenientib⁹ ꝟo p feneſtrā ſe videndum
pbebat: ⁊ inde eis vel ꝟbū dei ad edificati-
onē. vel ſiqua fuiſſent ↄſolatōnis reſponſa
reddebat. Mulierū tamē illuc nulla nec ad
ↄſpectum quidē eius acceſſit. ſz et viri ra-
ro et certis quibuſq̃ tpibus. Cellam ſane
hoſpitalē extrinſecus fieri pmiſit in q̄ ad-
uentātes e longinq̄s regionib⁹ paululū re
q̄eſcerent. ipe ꝟo intrinſecus ſol⁹ ſoli deo
vacās. nō dieb⁹ nō noctib⁹ a colloquijs di
et orōe ceſſabat. diuinū illud et qd̓ ſup om
nem mentē eſt tota mētis puritate ↄſpectās
Quanto enim ſe ab hūanis curis ⁊ colloq̄
is ſeq̄ſtrabat. tāto illi vicinior et ppinquior
deus erat. In tāta deniq̃ mētis ſue ſinceri
tate pfecerat vt nō ſolū eoꝝ que erāt ſcien
tiam cōſeq̄retur a dño. verū ⁊ eorū q̄ futu-
ra erant pſcientiā mereret̃. Euidēter nāq̃
ei dñs pphetie grāz ↄtulit. ita ut nō tantū
ciuibus et puincialib⁹ ſuis ſi forte pcūcta
rentur futura pdiceret. ſz ⁊ impatori The
odoſio vel quos belli exitus habiturus eſſet
vel quib⁹ modis victoriā caperet de tirannis
ſz ⁊ q̄t irruptōes paſſurus eſſz gētiū bar-
baraꝝ ſepe pdixerit. ¶ Quodā etiā tpe cū
gens ethiopū romanū militē circa cirenen

que pꝛima eſt ex ethiopie ꝑtibꝫ thebaydis
ciuitas incurſaret ⁊ ſtrages plimas nr̃oꝝ
dediſſet: ꝑdamqꝫ duxiſſet venienti ad ſe ro-
mano duci et metuēti ꝯfligere cū eis eo ꝙ
exigu⁹ ei erat militū numer⁹. ⁊ hoſtilis cō
tra ſe innumera multitudo. Johānes ſtatu
tum deſignās diē: ꝑge inq̄t ſecurus. die em̄
q̄ dixi ⁊ hoſtē ꝓſternes ⁊ ſpolia capies. P̄-
damqꝫ reuocabis. Quod cū fuiſſet impletū
etiā apud auguſtū q: carus acceptusqꝫ futu
rus eſſꝫ ꝑdixit. Hec apud illū ꝓphetie grā
habebat̃. ut mag̃ h̃ illoꝝ qui ꝑcunctabāt̃
q̄ ſuis meritis aſcriberet. Dicebat em̄ nō
ꝓ ſe hec ſꝫ ꝓ illis q̄ audiūt a dn̄o ꝑnūciari
D Aliud q̃ꝫ ꝑ eū mirū valde dn̄s oſt
dit. Tribun⁹ q̄dā ad agendū militē ꝑgens
venit ad eū et obſecrare eū cepit ut ꝑmitte
ret etiā ꝯiugē ſuā venire ad ſe. multa nāqꝫ
eā dicebat ꝑtuliſſe ꝑicula ob hoc tm̄ ut faci
em ei⁹ videꝛ. Tūc ille negat ſibi vnq̄ꝫ mo
ris fuiſſe vidēdi mlieres. ⁊ ꝑcipue ex q̄ in il
lius rupis ſe monaſterio ꝯcluſiſſet. Tribu
nus ꝑſiſtit obſecrādo et ꝯfirmādo. ꝙ niſi
videret eū eſſet ſine dubio ī multa triſticia
ꝑitura. Cūqꝫ iterū ac ſepius eadē ꝑcaret̃:
⁊ cauſam mortis eū ſue ꝯiugis ꝯfirmaret
futurū. atqꝫ inde interitū vn̄ ſalutē ſpera-
uerat accepturā. tūc fidem et importunita
tē ei⁹ aſpiciēs ſenioꝛ. vade inq̄t videbit me
ꝯiunx tua hac nocte: nō tm̄ veniet huc. ſꝫ in
domo ſua atqꝫ in lecto ſuo manebit. Poſt
hec v̄ba abſcedit vir. ambiguitatē reſpon-
ſi in pectoꝛe ſuo v̄ſans. Cūqꝫ hec etiā ꝯiu-
gi nūciaſſet ſiſi mō nihilominus etiā muli-
er ſermonis incerto fatigabat̃. ſꝫ vbi ſomni
tꝑus aduenit adeſt hō dei ꝑ viſum: ⁊ adſi
ſtens mulieri. fides inquit tua magna eſt o
mulier. ⁊ ideo veni deſiderio tuo ſatiſface-
re. te tm̄ moneo nō ut faciē coꝛꝑalem ſeruo-
rū deſideres dei. ſed ut geſta ⁊ actus ꝑ ſpi
ritū ꝯtēpleris. Spūs em̄ eſt q̄ viuificat. nā
caro nō ꝓdeſt q̄cq̄ꝫ. Ego aūt nō q̄ſi iuſtus
aut ꝓpheta ut putas. ſꝫ ꝓ fide veſtra inter
ceſſi ꝓ vobis apud deū et cōceſſit tibi oīm
moꝛboꝝ quos in coꝛꝑe tuo pateris ſanita
tem. Eris g̃ ex hoc ſana. ⁊ tu et vir tu⁹ ⁊ be
nedicet̃ dom⁹ vr̃a. Sꝫ et vos mēoꝛes eſto
te bn̄ficij a deo vobis collati et timete dn̄ꝫ

ſemꝑ. nec ampli⁹ q̄ꝫ ſtipēdijs vr̄is debetur
aliq̄d req̄ratis. Sufficiat g̃ tibi h̃ ꝙ vides
me in ſomnis: ⁊ ampli⁹ nō req̄ras. Euigi
lans aūt mulier indicauit viro ſuo q̄ vide-
rat: queqꝫ audierat. ſed ⁊ habitū viri ⁊ vul
tū atqꝫ oīa ſigna eius expoſuit. Sup q̄ am-
miratus vir ei⁹ regreſſus ad hoīem dei grā
as refert. ⁊ accepta ab eo bn̄dictōne ꝑrexit
in pace. E Alio q̄dam tꝑe ꝑ̄poſit⁹ q̄-
dam militū venit ad eū. cui⁹ vxoꝛ g̃uida ab
eo relicta eſt in domo ſua. At illa ip̄a die q̄
ille ad btm̄ Johannē venerat ꝑtū edēs ꝑi
clitabat̃. Tūc ſctūs hō dei. ſi ſcires inquit
donū dei: ⁊ q: tibi hodie natus eſt fili⁹ grās
ageres dn̄o. Sꝫ ſcito mr̄em pueri ꝑiclitā
tem: aderit tm̄ dn̄s. ⁊ inuenies eā ſanā. Fe-
ſtina g̃ ⁊ redi in domū tuā ⁊ inuenies pue-
rū ſeptē dieꝝ. ⁊ vocabis nomē ei⁹ iohannē
Hic nutriat̃ ī domo tua abſqꝫ vlla ꝯtami
natōe gentili ſeptē annis. qbꝫ ꝑactis trade
eū monachis erudiēdū ſanctꝭ ⁊ celeſtibꝫ di
ſciplinis. Multis ꝑterea ad ſe veniētib⁹ ſi
ue ꝓuincialibꝫ ſiue ꝑegrinis cū res popoſciſ
ſent occulta coꝛdis eoꝝ indicabat. ⁊ ſi quid
forte peccati ab eis in occulto fuiſſet admiſ
ſum ſecreti⁹ corripiēs arguebat. ⁊ ad emē-
datōem ac penitentiā ꝓuocabat C Nili q̃ꝫ
fluminis ſiue abūdantia aq̄ꝝ ſiue penuria
futura eſſet ꝑ̄dicebat. ſed ⁊ ſi forte ex offēſa
hoīm plaga aliqua ⁊ coꝛreptio a dn̄o immi
neret ſibꝫ ꝑ̄monebat. et ſi q̄d cauſe eſſet ꝓ q̄
introduceret̃ fames aut caſtigatio deſigna-
bat. Sanitates q̃ꝫ ⁊ curas coꝛpoꝝ ita d̄po
ſcētibꝫ ꝯferebat ut oēm ex h̃ iactātiā fuge-
ret. Nō em̄ ꝑmittebat ad ſe incōmodantes
deferri. ſꝫ bn̄dicēs oleū dabat ex q̄ ꝑuncti
ſani fierent a quacunqꝫ infirmitate tenerēt̃
C Senatoꝛis cuiuſdā aliq̄n vxoꝛ excecata
eſt. hec dep̄cabat̃ virū ſuū ut eā ꝑduceret
ad hoīem dei. Cui cū rn̄deret vir ſu⁹. nō ei
eſſe moꝛis videndi mulierē. rogat ut indi-
caret ei tm̄mō imbecillitatis ſue cām. ⁊ dep̄
caret̃ ut oꝛōem faceret ꝓ ſe. Cūqꝫ legatōeꝫ
ꝑtuliſſet vir ei⁹ ad eū orās ⁊ bn̄dicēs oleū
mittit ad illā. Ex q̄ ꝑ triduū ꝯtingēs ocu-
los ſuos viſum recepit: ⁊ deo grās egit
Sed ⁊ multa ſunt ei⁹ geſta: q̄ narrare ſatꝭ
longū eſt. Vn̄ omiſſis his interiꝫ q̄ audita

comꝑerimus.ad ea q̄ oculis nr̄is ꝯſperim⁹
ꝓprijs veniamus. F Septem fuim⁹
ſimul frēs comitantes q̄ ad eū venim⁹. Cū
qꝫ ſalutaſſemus eū omnesqꝫ nos leticia ſuſce
piſſet. et vnūquēqꝫ noſtrū gratifice alloq̄-
retur. rogatus a nobis orōem ſil' ac bn̄dicti
onem dare. Hoc em̄ moris eſt apud egipti
os monachos vt vbi aduenerint frēs ſtatī
ꝑ orōeꝫ ſibiinuicē ſedereñ. Interrogabat
ſi qs in nobis eſſet clericus. Et ut oēs ne-
gauimus reſpiciēs ad ſingulos intellexit eſ
ſe inter nos quendā q̄ huius erat ordinis.
ſed latere cupiebat. Erat em̄ dyaconus et
h̄ pter vnum ſolū q̄ ei fidus erat. etiā ipi iti
neris comites ignorabāt. Viſurus em̄ t'les
ac tātos viros hūilitatis gr̄a celare voluit
gradus ſui honorē. ut inferior habereẗ i or
dine his q̄bus ſe lōge inferiorē eſſe meritꝫ
indicabat. Sanctus ḡ Johānes ut eū vidit
equidē cū eſſet adoleſcentior ceteris digito
oſtendens eū. hic inq̄t dyaconus ē. Et cuꝫ
adhuc negaret apprehendens eū manu ſua
exoſculatus eſt ⁊ dicit. Noli fili negare gr̄-
tiam dei ne incurras ꝓ bono malū. ꝓ hūili
tate mēdaciū. Cauendū nāqꝫ eſt omnimō
mendaciū ſiue ꝓ malo ſiue etiā ꝓ bono ꝓ-
ferri videaẗ. q2 omne mendaciū non eſt ex
deo. ſed ſicut ſaluator dicit a malo eſt. At
ille his auditis q̄euit. blandā nāqꝫ ei⁹ cor-
reptōem equanimiter tulit. Et cū oratiōeꝫ
dn̄o obtuliſſemus. poſt finē vnus ex fratri-
bus nr̄is terciano typo. i. febre grauiſſime
vexabaẗ. et rogabat hoīem dei ut ab eo cura
reẗ. Qui ait ad eum. Rem tibi neceſſariā
cupis abijcere. vt em̄ corpa nitro vel alijs
hmōi liniamētis abluunẗ a ſordib⁹. ita aīe
a languorib⁹ alijſqꝫ hmōi caſtigatōib⁹ pu-
rificanẗ. Et poſtqꝫ de his nobis multa per
doctrinā miſticā diſſeruit. bn̄dicēs tn̄ oleū
dedit ei. Quo punct⁹ eger oēm ꝯtinuo ha
bundantiā fellis euomuit. ⁊ ſaniſſim⁹ red
ditus pedibus ſuis ad diuerſoriū redijt

G Poſt hec iubꝫ officia erga nos hu
manitatis atqꝫ hoſpitalitatꝫ expleri ⁊ cor-
pis curam geri. Ipſe vo ſui negligens no
ſtri ſolicitus erat. Jam em̄ cōtinuo vſu ⁊
iugi cōſuetudine. nec recipe cibū niſi i ve-
ſperum poterat et hunc exiguū. Erat autē
attenuati ⁊ aridi corpis ꝑ abſtinētia. capil
li eius ⁊ barba q̄ſi ex lāguore nimio rara et
tenuis. vtpote quē nullus ſufficiēs cib⁹ nu
triret. nec letior aliquis humor infunderet
Obfuabat enim tunc cū iam nonagenari
am ut ſupdiximus ageret etatē. vt nullū ut
paucis vtar v̄bis ꝑ ignē patū ſumereꝫ cibū

C Igiẗ poſt hec hoſpitalitatis officia egreſ
ſos ad ſe ſedere nos iubet. ⁊ tūc demū q̄dē
vnde vel cur aduenerimus inq̄rit. cū iā nos
letos et omni cū gaudio tanq̄ꝫ notos ꝓpri-
os ſuſcepiſſet. Cūqꝫ reſpondiſſemus q̄ de
ih'rl'imis ad eum vtilitatis et ꝓfectus aīe
nr̄e cauſa veniſſemus. vt ea q̄ olim ad audi
tum nr̄m fama ꝑtulerat. ipi nūc oculis no
ſtris cerneremus. quoniāq̄dem tenaci⁹ ſo
lent inherere memorie ea q̄ oculus viderit
qꝫ que auris audierit. C Tūc btūs Johā
nes vultu placidiſſimo ⁊ q̄ſi ſubridens ex
habūdantia leticie h̄ mō rn̄dit ad nos. Mi
ror inq̄t admodū dulciſſimi pueri laborem
vos tanti itineris ſuſcepiſſe. cū nihil ad hec
dignū in nobis videre poſſitis. Hoīes em̄
ſumus hūiles et exigui. nihil hn̄tes i nobis
quod vel experi debeat vel mirari. Et tn̄ eti
am ſi eſſet aliq̄d i nobis ſcḋm opinionē vr̄aꝫ
nunq̄d tale quale legitis in ꝓphetꝫ dei ⁊ apo
ſtolis. Qui vtiqꝫ ob h̄ in omnib⁹ dei eccle-
ſijs recitātur ut exempla vite hoib⁹ nō de
longinquis et ꝑegrinis locis queranẗ. ſed
domi vnuſquiſqꝫ ⁊ apud ſe habeat qd̄ de-
beat imitari. Vn̄ plurimū miror intentōeꝫ
veſtri laboris ac ſtudij q̄ ꝓfectus aīe veſtre
cauſa tantas ſupare regiones tātoſqꝫ labo-
res adire voluiſtis. cū nos euſqꝫ pigricia
deſidiaqꝫ ꝯſtringat. ut nec cellulas noſtras
ꝓgredi audeamus. Verūtamē q̄m putatis
eſſe in nobis aliquid ex q̄ ꝓficere debeatis.
hoc primū nobis indicandū eſt. ut hoc ipm
q̄ veniſtis ad nos et tantū laborē videndi
nos ſuſcepiſtis ne iactantiā alicui⁹ habeatꝫ
ꝓſpectū ut nō tam ꝓficere ad animi v̄tuteꝫ
qꝫ ꝓferre ſe ⁊ iactare vnuſquiſqꝫ veſtr̄ ve
lit ꝓ eo q̄ viderit eos qui apd̄ alios ex au
ditu ſolo cogniti videanẗ. H Graue
eſt iactantie viciū et piculoſum nimis. ⁊ q̄
de ipo etiam pfectōis faſtigio deijcit aīas.
⁊ ideo hoc vos primo omniū cauere volo.

Eſt aũt ſpecies mali hui⁹ duplex quidem.
Nõnullus eñ accidit in ipis ſtatim initijſ
ꝯuerſionis ſue cũ parũ aliqd vel abſtinẽtie
impenderint vel pecunie in paupes eroga/
uerint. ⁊ cũ de eis ita ſentire debeant quaſi
qd impediret abiecerint. ita agũt et ita ſen/
tiũt qſi eminẽtiores ſint illis quib⁹ aliquid
largiti ſunt. Alia vo eſt iactãtie ſpecieſ. cũ
quis ad ſummã vtutẽ ꝑueniẽs nõ totũ do
ſed ſuis laborib⁹ ac ſtudijs deputat. ⁊ dũ
ab hoib⁹ gl'iaz qrit ꝑdit eã q a deo ẽ. ꝓpter
qd filioli mei fugiamus omni genere iactã
tie viciũ. ne forte incurram⁹ eũ lapſuz quẽ
dyabol⁹ incurrit. Tũc ꝑterea cordi nr̃o et
cogitatõibus ꝑcipua adhibẽda eſt diligen
tia. Obſuandũ nãqz eſt ne q cupiditas. ne
qua voluptas praua. ne qd deſideriũ vanũ
⁊ qd nõ eſt ſm deũ radices in corde nr̃o de
figat. Ex hmõi enim radicib⁹ ꝯtinuo pul/
lulãt vage ⁊ inutiles cogitatões. et intãtuz
moleſte ſunt vt nec orãtib⁹ nobis ceſſent.
nec in ꝯſpectu dei ꝯſiſtentib⁹ nobis. et ꝑci/
bus ꝓ ſalute nr̃a offerentib⁹ erubeſcãt. ſed
rapiũt a nob captiuã mẽtẽ. et cũ corpe ſta
re videamur in orõe ſenſu et cogitatõe eua
gamur ⁊ ducimur ꝑ diuerſa. Si quis er/
go eſt qui ſe putat renũciaſſe mũdo ⁊ opi/
bus dyaboli. nõ ſufficit in eo renũciaſſe vt
poſſeſſiones et ꝑdia ceteraqz ſeculi negocia
reliquerit. niſi etiã ꝓprijs vicijs renũciaue
rit. et inutiles ac vanas abiecerit volupta/
tes. Hec enim ſunt de qbus apl's dic. De
ſideria vana ⁊ nociua q mergũt hoiez in in
teritũ. Hoc eſt ergo vere renũciaſſe dyabo/
lo et opibus eius. Dyabolus enim ꝑ ali/
cui⁹ vicij occaſionẽ et praue voluptat; adi
tũ irrepit in cor noſtrũ. qr vicia ex ꝑte illi⁹
ſunt ſicut vtutes ex deo ſunt. Si g ſint vi
cia in corde nr̃o cum venerit pꝛiceps eorũ
dyabolus quaſi ꝓprio autori dant locũ ⁊ in
troducũt eũ velut ad poſſeſſionẽ ſuã. Et in
de eſt ꝙ nũqz hmõi corda pacẽ habere poſ
ſunt. nunqz qetem ſed ſemꝑ ꝯturbant. ſem
ꝑ terrent. et nũc vana leticia nũc inutili tri
ſticia deprimunt. Habent eñ intra ſe ha/
bitatorẽ peſſimũ. cui introeũdi ad ſe locũ ꝑ
paſſiões ſuas et vicia fecerũt. J Ecõ
tra vero mens que vere renũciauit mũdo. h
eſt q abſcidit et amputauit a ſe omne viciũ
et nullũ introeũti ad ſe diabolo relinqt aditũ
iracundiã cohibet. furorẽ reprimit. mẽda
cium fugit. execrat inuidiã. et nõ ſolũ nõ de
trahere. ſed ne malũ qdez ſentire aut ſuſpi
cari de ꝓximo ſuo patit. q fratris gaudia
ſua dicit. et triſticiã eius ſuã triſticiã depu/
tat. Que hec ergo et hoꝛũ ſilia obſuat mẽſ
ſpiritui ſancto apit in ſe locũ. Qui cũ igreſ
ſus fuerit et illuminauerit eã ſꝑ ibi iã gau/
dia. ſemꝑ leticia. ſꝑ charitas. patiẽtia. lon
ganimitas. bonitas. ⁊ omnes q ſunt fruct⁹
ſpũs oriũtur. Et h erat qd dicebat dñs in
euãgelio. Non pt arbor bona malos fruct⁹
facere. neqz arbor mala bonoſ fruct⁹ facere
Ex fructibus enim ꝓbat arbor et ꝯgnoſcit
¶ Sunt aũt nõnulli q vident ſeculo renũ
ciaſſe et curã nõ adhibent ad mundiciã cor
dis. neqz ut vicia ⁊ paſſiões reſecẽt ex aĩa
ſua. moreſqz ꝯponãt. ſed h tm̃ ſtudẽt ut vi/
deãt aliquos ſanctoꝝ patrũ. ⁊ audiãt ab eiſ
aliqua vba que narrantes alijs glorient ſe
ab illo vel illo didiciſſe. Et ſicubi forte vel
audiẽdo vel legẽdo parũ aliqd ſciẽ acqſie/
rint. ꝯtinuo doctores fieri volũt et docere
nõ ea q egerint ſed q audierint et viderint
deſpiciẽtes ceteros. Affectãt ipi ſacerdoti
um atqz immergere ſe conant ad clericatũ
neſciẽtes qr minoris ꝯdemnatõis eſt. ſi qs
ipe vtutib⁹ polleat. et alios tñ docere nõ au
deat. qz ſi ipe paſſionib⁹ et vicijs ꝑmat: et
alios de vtutib⁹ doceat. ¶ Sic ergo filio
li mei neqz fugiendũ omnimodis dicimus
clericatũ vel ſacerdotiũ. neqz rurſus omĩ/
modis expetendũ. ſed dãda opera eſt ut vi
cia quidẽ a nobis depellant. et vtutes ani/
mi ꝯqrant. dei autẽ iudicio relinquendũ ẽ
quem velit. et ſi velit aſſumere ſibi ad mini
ſteriũ vel ad ſacerdotiũ. Nõ enim q ſeipm
ingeſſerit ſed quẽ dñs aſſumpſerit ille ꝓba
tus eſt R Monachi aũt illud opuſ
eſt ꝑcipuum ut oratõnem purã offerat deo
nihil habens in conſciẽtia rephenſibile. ſi
cut dixit dominus in euãgelio. Cum ſtete
ritis ad oratõem remittite fratribus vr̃is
ſi quid habetis contra eos ex cordib⁹ vr̃is.
Niſi enim remiſeritis fratrib⁹ veſtris. nec
vobis remittz pater veſter celeſtis. Si aũt

remiſeritis fratribꝰ veſtris. ⁊ vobis remit
tet pater veſter qui in celis eſt. Si g̃ mūdi
vt ſupradiximus corde aſtiterimꝰ an̄ deum
et liberi ab omnibꝫ vicijs et paſſionibꝫ q̄
ſupradiximus. poterimꝰ inq̄ntū poſſibile ē
etiā deū videre. ⁊ orātes oculos cordiſ no/
ſtri in ipſꝫ dirigere et videre inuiſibilē mē
te non corꝑe. intellectu ſciētie. nō carnis aſ
pectu. Nemo em̄ ſe putet poſſe ipſam ſic eſt
diuinā ſubſtantiā contueri. ita ut ſpeciē ſi/
bi aliquā aut imaginē fingat i corde corpo/
reā alicuius imaginis ſilem. Nulla forma
in deo cogitet᷑. nulla circūſcriptio ſꝫ ſenſus
⁊ mens q̄ ſentire q̄dem poſſit. ⁊ ꝯſtringere
mētis affectuꝫ. nō tn̄ ꝯp̄hendi aut deſcribi
aut enarrari valꝫ. Et ideo opꝫ cū om̄i re/
uerētia ⁊ metu accedere ad eū: ⁊ ita in eum
librare mētis intuitū vt om̄e q̄dq̄d ṗt ſplē/
doris. claritatis. fulgoris. maieſtatis. mēſ
humana ꝯſpicere ſuꝑ omnia eſſe eū ſentiat
ſꝑ. et h̄ ſicut diximus ſi pura mēte fuerit.
nec vllis praue voluptatis ſordibꝫ occupa
ta. ⁊ ideo in h̄ maxime opꝫtet op̄am dare
eos q̄ renūciare ſeculo et deū ſeq̄ vident᷑ ſic
ſcriptū eſt. Vacate ⁊ ꝯgnoſcite q̄m̄ ego ſuꝫ
deus. Si g̃ ꝯgnoueritis deū inq̄ntū homi/
ni ꝯgnoſcere poſſibile ē. tūc demū etiā reliq̄
rū que ſunt ſciam capiet et miſteria dei ag̃
ſcet. et quāto purior in eo fuerit mēs tāto
plura ei reuelat deus et oñdit ei ſecreta ſua
Amicus enim iā efficit᷑ dei. ſic illi q̄bꝫ i euā/
gelio dicebat ſaluator. Iā n̄ dico voſ ſuoſ
ſed amicos. et omne quidq̄d petierit ab eo
tanq̄ ab amico caro p̄ſtat ei deꝰ. Ipſe quo
q̄ v̄tutes angelice ⁊ cūcta miſteria diuīa
tanq̄ amicū dei diligūt eum. et obſequunt᷑
eius petitōibꝫ. Et hic eſt quē a charitate di
que eſt in xp̄o ih̄ū. neq̄ morſ ſeꝑat neq̄ vi
ta. neq̄ angeli neq̄ p̄cipatus neq̄ ptāteſ
neq̄ alia creatura. Et ideo chariſſimi q̄m̄q̄
de hoc elegiſtis ut deo placeatis. et ad cha
ritatē eius ꝑueniatis date op̄am alieni ef
fici ab omni iactātia. ab om̄i vicio animi.
ab omnibꝫ delicijs corꝑalibꝫ L Deli
cias aūt corꝑales nō ſolū illas putetis q̄buſ
hoīes ſeculi fruunt᷑. ſed abſtinēti delicie cre
dende ſunt q̄dquid ꝓ cupiditate ſumpſerit
etiā ſi vile illud ſit. et q̄d in vſu eſſe abſtinē
tibus ſolet. Aqua deniq̄ ipſa vel paniſ ſi cū
cupiditate ſumat᷑. id ē nō ut neceſſitati cor
ꝑis ſed ut animi deſiderio ſatiſfiat. h̄ etiaꝫ
abſtinēti in deliciarū viciū ducit᷑. Oportꝫ
enim in oībus ꝯſueſcere. aīam vicio carere
Ideo deniq̄ dn̄s docere volens aīam deſi
derijs et voluptatibꝫ ſuis reſiſtere dicebat
Intrate ꝑ anguſtā portā. q꞉ lata eſt ⁊ ſpaci
oſa via q̄ ducit ad mortē. anguſta aūt ⁊ ar/
ta via eſt q̄ ducit ad vitā. Lata eſt g̃ via aīe
cum q̄licūq̄ deſiderio ſuo ſatiſfecerit. angu
ſta v̄o eſt cū voluptatibus ſuis repugnat.
Multū tamē ꝓdeſt ad hec obtinēda ſecreti
or habitatio ⁊ ꝯuerſatio ſolitaria. q꞉ inter/
dum per occaſionē aduentantiū fratrum ⁊
euntiū ac redeuntiū frequentiā abſtinētie
et parſimonie frena laxantur. et ꝑ hmōi oc
caſiones venit᷑ paulatim in ꝯſuetudinē ⁊
vſum deliciarū. et ſic interdū etiam ꝑfecti
iam viri capiunt᷑. Ideo deniq̄ ⁊ Dauid
dicebat. Ecce elongaui fugiēs et māſi in
ſolitudine. expectabā eū q̄ ſaluū me faceret
a puſillo aīo et tempeſtate. M Poſt
q̄ aūt multa nobis ſanctus Johannes de
iactantie vicio alijſq̄ ꝯꝑlimis vtilit᷑ diſ/
ſeruit ad vltimū dixit. Referam aūt vobiſ
quid etiā nuꝑ cuidā ex fratribꝫ noſtris ac/
ciderit. ut cautiores vos p̄cedentia exēpla
ꝯſtituāt. Erat q̄dam apud nos monachus
in hac vicina heremo ꝯmanens. cui habi/
taculum ſpelunca erat. vir ſumme abſtinē
tie. quotidianum victū labore manuū que/
rens. in orōnibus die noctuq̄ ꝑſiſtens. cū
ctiſq̄ animi virtutibus florens. Sꝫ hic le
tis ſucceſſibus elatus ꝯfidere quaſi in ꝓfe
ctibus ſuis cepit. et non deo totum. ſed ſi/
bimetipſi quod ꝓfecerat deputare. Hanc
autē eius intuens animi p̄ſumptōem tem
ptator continuo accedit. et laqueos parat.
Quadam nanq̄ die ad veſperaꝫ fingit ſpe
ciem decore mulieris oberrātis ꝑ heremū
que velut feſſa pꝰ nimiū laborē accedēs ad
oſtiū ſpelunce monachi ſe laſſabundam ſi/
mulās ac fatigatam intrinſecus ſemetipſaꝫ
proiecit atq̄ aduoluta genubus viri ut mi
ſereatur exorat. Nox enim me infelicē in/
quit in heremo latitantē comp̄hendit. iube
me requieſcere in angulo cellule tue ne forte

efficiatur nocturnis beſtijs preda. At ille pri
mo miſeratōis obtentu recepit eā intra ſpe
luncā. requirens que ei cauſa errandi ꝑ he
remū fuerit. Jlla cauſam fingit ſatis accu/
rate. et interim venena blandimentoꝝ at/
ꝗ illecebre virus ꝑ omnē textū narratōis
interſerit. nunc ſe miſerandā. nunc etiā de
fenſione dignā oſtendēs. elegātia ⁊ ſuaui/
tate ſermonis inclinat animū hoīs. ⁊ in af/
fectuꝫ ſui illecebroſo amore deflectit. Hic
iam inter blandiora colloq̄a iocus riſuſꝗ
miſcent̄. manus etiā ꝓcax ad mentū barbā
ꝗ quaſi venerādi ſpecie ꝓtendit. tum vero
palpare ceruicē mollius. collūꝗ lenigare.
Quid mlt̄a. Ad vltimū captiuū ducit mi
litem xp̄i. Continuo eniꝫ ꝑturbari intra ſe
metip̄m: et libidinis fluctibus eſtuare ce/
pit. nequaꝗ laborū p̄teritorū. nequaꝗ ꝓ/
feſſionis ac ꝓpoſiti ſui memor. Paciſcitur
cum cordis ſui cōcupiſcētia. et intra archa
na cogitationū ſuarū fedus cū falſa cupidi
tate componit. Jnclinat ſtultus latera ſua
⁊ efficit̄ ſicut equus et mulus quibꝫ nō eſt
intellectus. Atꝗ vbi obſcenos iaꝫ conaba
tur inire cōplexus. illa vlulatū teterrimuꝫ
dire vocis emittens. vmbra ut erat tenuis
per manus amplectētis elabit̄. ipſum quo/
ꝗ dedecoroſis motibus inanes auras ſe/
ctantem fediſſima cū irriſiōe deſeruit. Tūc
p̄terea multitudo demonū in aere ad hoc ip
ſum ſpectaculū cōgregata clamore ingenti
cū cachynno exprobratōis eleuato. o inqui
unt monache qui te vſꝗ ad celū extollebaſ
quomodo dimerſus es vſꝗ in infernum.
Diſce ḡ qꝛ qui ſe exaltat humiliabit̄. Tūc
ille velut amens effectus: ⁊ deceptōnis ſue
pudorē nō ferens. grauius a ſemetip̄o deci
pitur ꝗ fuerat a demonibꝫ deceptus. Cuꝫ
enim debuiſſet reparare ſemetip̄m ⁊ reno
uare certamē. ac ſatiſfactōe ſui lacrimis et
humilitatis fructibus prioris elatōnis cul
pam delere hoc non faciēs ſed deſperās. ſe
metip̄m ſicut ap̄ls dixit tradidit omni im/
pudicicie et iniquitati. regreſſus eſt enim
ad vitam ſecularē preda demonuꝫ factus.
Refugit nanꝗ cōſpectus omniū ſanctorū
ne quis poſſet eum ſalutaribus monitiſ de
precipicio reuocare. Si enī reddere ſemet
ip̄m priori vite ⁊ abſtinentie voluiſſet. re/
cupaſſet ſine dubio et locum et gratiam.

N Deniꝗ audite quid et de alio vi
ro geſtum ſit. ſimiliter quidē temptato. ſed
non ſimili exitu temptationis effuſo

¶ Fuit quidam vir in hac ꝓxima ciuita
te vitā turpiſſimā ꝑ omne facinus ducēs
ita ut opinatiſſimus in flagicijs haberetur
Hic aliqn̄ dei miſeratōe cōpūctus ad pe/
nitentiā cōuertit̄. et intra ſepulchrū ſe q̄o
dam concludens priorū ſcelerū pollutōneſ
lacrimarū fontibꝫ diluebat. diebꝰ ac nocti
bus in faciē ꝓſtratus. et nec alleuare qui/
dem auſus oculoſ ad celū neꝗ vocē emitte
re et nomē dei nominare. ſed in ſolis gemi
tibꝫ et fletibꝫ ꝑdurabat. et tanꝗ viuēs ſe/
pultus de inferno iam q̄damodo mugitum
cordis gemitumꝗ reddebat. Cumꝗ in hiſ
poſito eo ſeptimana vna trāſiſſet: noctu ve/
niunt ad eum demōes in ſepulchro clamā/
tes et dicentes. Quid eſt q̄d agis o impu/
riſſime ⁊ flagicioſiſſime. poſtea ꝗ omī ſpur
cicia omniꝗ impuritate ſatiatus es. nunc
vis caſtus et religioſus ꝓcedere. et poſtea
ꝗ cōſenuiſti in ſceleribꝫ. nec iam ſufficiunt
vires ad facinora delenda. nūc chriſtianuſ
videri vis et pudicus et penitens. quaſi ve
ro alius tibi iā vllus poſſit dari locus ſatia
to in malis. niſi ille qui tibi nobiſcū debet̄.
Unus ex nobis es. alius iam eſſe non po/
teris. Redi ergo magis. redi ad nos. et q̄d
ſupereſt tibi tempus in ꝑfruenda volupta/
te non perdas. prepamus abūdantes delici
as. p̄paramus ſcorta nobiliſſima. ⁊ cuncta
alia que florem tibi poſſint reparare gratiſ/
ſime iuuentutis. Quid temetip̄m vaniſ ⁊
inanibꝫ conficis cruciatibus. quid temetip
ſum ante tp̄s ſupplicijs tradis. Quid enī
aliud eris paſſuruſ in inferno niſi hoc q̄d ti
bi ip̄ſi cōcitas. Si te pena delectat expecta
paululū ⁊ inuenies paratā. nunc interiꝫ fru
ere muneribus noſtris. que dulcia ſemꝑ ⁊
grata duxiſti. Hec et hmōi plura expro/
brātibus eis ille iacebat immobilis. nec au
ditū quidem ſuū conuertens ad eos nec vl
lum penitus ſermonē reſpondens. Cūꝗ il
li ſepius et eadem repeterent ⁊ alia durio/
ra. nec ille omīno moueret̄. ī furorē ꝓlapſi

demones.vbi viderũt verba cõtemni ver
beribus eũ aggreſſi ſunt.multiſq; ſuppliciſ
excruciatũ ſeminecẽ reliquerunt.Nec ta-
men in tot tantiſq; cruciatibꝰ moueri ſal-
tim potuit a loco in quo oratõnis cauſa ia-
cuerat.Poſtera die quidã ſuorũ requiren
tes eum humanitatis dumtaxat gratia in-
ueniunt penis incredibilibus effectũ.⁊ cau
ſam ꝑcunctantes cũ didiciſſent rogabãt ut
cure gratia reportari ſe ad domũ ꝓpriaꝫ pa
teretur.Abnegat.⁊ in eodem permanet lo-
co.Tunc vero et ſequenti nocte repetenteſ
demones grauioribꝫ eum verberibus cru-
ciabant.Sed nec ſic quidem moueri volu
it a loco.meliꝰ eſſe dicens mortem ſubire:
q̃ vltra demonibus obedire.Nihilominꝰ
tercia nocte multitudo cõuenit demonum
et abſq; vlla miſeratõne irruentes in eum:
omnibus penis cruciatibuſq; conficiunt.
Cumq; iam corpus defeciſſet in ſupplicijs
extremus tamẽ ſpiritus obſiſtebat impe-
rio demonũ.Quod vbi impij ꝓuiderunt:
exclamantes voce magna.viciſti inquiũt
viciſti.et mox velut virtute quadam celitꝰ
fugati precipites abſcedunt.nec vltra ei qc
q̃ ſue artis aut ſceleris intendunt.Ipſe ve-
ro intantũ virtutibus animi ꝓfecit.et ita
ornatus moribus effectus eſt.ac totius di-
uine gratie gloria repletus.ut omniſ hec re
gio quaſi e celo eum lapſum videret.⁊ vnũ
eſſe ex numero crederet angelorũ.oñs pe-
ne ſimul atq; vno ore dicentes.hec eſt mu-
tatio dextre excelſi.Quanti exemplo eius
qui iam ſemetipſos deſperauerant rurſus
per penitentiam ad ſpem ſalutis regreſſi
ſunt.et emendatõnem ſui quam prius de-
ſperauerant p̃ſumpſerunt quanti ammira
tõne eius de ipſo iam inferno peccatorũ re-
tracti ſunt.⁊ ad virtutis indolem reparati
Illo nanq; tanta immutatõne cõuerſo oñi
bus omnia viſa ſunt poſſibilia.Non ſoluꝫ
autem emendatio morũ florebat in eo ⁊ aſ
ſumptio virtutũ.verũ ⁊ gratia dei plĩma ei
collata eſt.Signa enim ⁊ ꝓdigia q̃ ab eo
facta ſunt quãtũ apud dñm haberꝫ meritũ
teſtabantur.Sic humilitas ⁊ cõuerſio bo-
norũ omniũ materiam p̃bet.elatio vero et
deſperatio interitus et mortis eſt cauſa.

O Ad effugiendũ vero ꝑiculi lap-
ſum.et conquirendã dei gratiã atq; ipſius
diuinitatis euidentiorẽ noticiam capiẽdaꝫ
plurimũ ꝓdeſt ſecretior cõuerſatio et here-
mi interioris habitatio.Quod vos nõ taꝫ
verbis q̃ rebus ipſis et exemplis meliꝰ do
cere puto ¶ Fuit quidam monachus qui
in heremo hac que p̃ ceteris interior eſt ha
bitabat.Hic cum plureſ annos in abſtinẽ
tia ꝑduraſſet.et ꝓuectus tp̃e ꝓpe iam ad ſe
nilem veniſſet etatem.omni virtutuꝫ flore
adornatus.ac totius ꝯtinentie magnitudi
ne ſublimatus.Qui cum in oratõnibus et
hymnis ſedule deo deſeruiret.tanq; meri-
to militi ſuo dñs remuneratõnes parat.ut
poteq̃ in corꝑe adhuc poſitus inſtar ange-
lorum in corꝑe vite officijs fungeretur.di-
gnũ iudicans annonã celeſtẽ p̃bere ei in de
ſerto.qui celeſtem regẽ ꝑuigilibꝫ p̃ſtolaba
tur excubijs ut digne frueref celeſtibꝫ ali-
monijs.Volens ergo deus etiaꝫ in hͦ ſecu
lo remunerare eius fidele ꝓpoſitũ ad pro-
uidentie ſue ſolicitudinẽ quotidiani victus
eius reuocat curã.Ut enim cibi vſum po-
poſciſſet nature neceſſitas ingrediẽs ſpelun
cam ſuam inueniebat menſe panẽ ſuppoſi-
tum.mire ſuauitatis mireq; candoris.Ex
quo refectus et gratias diuine ꝓuidẽtie re
ferens rurſus ad hymnos et oratões con-
uertebatur.Ad quem multe etiã reuelatio-
nes.multeq; de futuris rebus a deo p̃mo-
nitões fiebant.In his ergo talibus ac tã
tis ꝓfectibus poſitus.quia gloriari quaſi d
meritis ſuis cepit.et celeſtis beneficij mu-
nus vite ſue meritũ duxit.continuo ſubin
trat eum ꝑua quedaꝫ deſidia animi.tã par
ua quaꝫ nec poſſet aduertere.Poſt hec cre
uit maior negligentia.ita ut tardior iam fie-
ret ad hymnos.ſꝫ et ad oratõem pigriꝰ ſur
geret.Pſalmi quoq; ipſi non ea qua prius
vigilantia ab ipſo canerent.ſed vbi parum
quid exhibitũ fuiſſꝫ ſoliti miniſterij anima
eius quaſi nimio labore fatigata requieſce
re feſtinabat.qꝛ ſenſus eius reprobus effe
ctus.de ſublimioribus ad inferiora corrue
rat.et cogitatões ſue ꝑ diuerſa eũ p̃cipicia
rapiebant.Erat enim iam in corde eius clan
deſtina quedã et turpis ac nefanda cogita-

tio.cõſuetudo tamē prioꝛ velut ſi decurſus
aq̄e etiam ceſſante remigio adhuc prioꝛe
impetu nauigiū ferat. ita ⁊ vetus inſtitutio
ad cõſueta hominē officia trahebat.ob quā
cauſam et adhuc ſtare in ſuo ſtatu videba-
tur. Dic ergo cū poſt orõnes cibū ſolitū re-
quiſiſſet ad veſperā ingreſſus locū in quo
refici conſueuerat inuenit ſolitū panē mē-
ſe ſuppoſitum.ex quo refectus nihil coꝛū
que in coꝛde ſuo verſabant̄ emendatõe cu-
rauit.neq̄ immutatõis ſue damna ꝑſenſit
ſed ſpernendo minima paulatim ſe caſurū
non intellexit. Interea cum graui iam libi-
dinis incendio ſtimularet̄. et inflāmatus
turpi concupiſcentia raperet̄ rurſus ad ſe-
culum illa interim die cohibuit ſe. ⁊ ſolita
hymnoꝛū et oratõnum miſteria ex moꝛe ꝑ-
ſoluit.atq̄ ingreſſus ut cibum ſumeret pa-
nem quidem inuenit menſe ſuppoſitū. ſed
aliquantulū ſoꝛdidioꝛē. Ammiratus eſt et
triſtis effectus .intellexit enim ꝙ ipm̄ re-
ſpiceret hoc genus mõſtri .tamē cibo ſum-
pto refectus eſt. Poſt in diem terciū re-
plicatis vrgeri ſtimulis cepit.occupauerāt
enim cogitatões eius quaſi iam pñtis ⁊ ſe-
cum poſite. ſecūq̄ accūbentis imago muli-
eris.quā et complecti ſibi videbatur. ⁊ ad
turpes vſuſ habere ſubſtratā Proceſſit ta-
men ex ſequenti die ad ſolita pſallēdi ⁊ orā-
di officia.ſed ſtabat vagus oculis ⁊ mente
captiuus.cūq̄ ſolito ingreſſus ad veſperā
requireret cibū panem quidem inuenit ſu-
per menſam.ſed ſoꝛdidiſſimum ac aridiſſi-
mum .et quaſi muribus vel canibus vn-
diq̄ coꝛroſum. Tūc ille ut hoc vidit inge-
muit .lacrimas fudit .ſed non ita ex coꝛde
nec ita vberes que poſſent flāmā tantā ig-
nis extingere. Uerūtamen ſumit cibū. ſ3
neq̄ qualem cõſueuerat neq̄ quantū ſole-
bat. Cū interim cogitatões tanq̄ cohoꝛs
barbarica eum vndiq̄ circūuallant. ⁊ om̄i
ex parte in eum tela iaculant̄. ac vinctū ca-
ptiuumq̄ eū ad ſeculū trahunt. Exurgens
ergo cepit iter agere noctu ꝑ heremū ⁊ ten-
dere ad ciuitatē. Sed vbi dies facta eſt ci-
uitas quidem adhuc lõge aberat. Ipſe ve-
ro cum rapidiſſimo eſtu toꝛqueretur et fati-
garetur in heremo. vndiq̄ verſus.conſide-
rare oculis cepit et requirere ſicubi eſſet in
vicino monaſteriū. Et cum reſpexiſſet fra-
trum quoꝛundā cellulā.tendebat illuc uta-
pud eos requieſcerē. Quem vbi adeſſe ſen-
ſere ſerui dei.continuo ꝑcurrūt in obuiā.et
velut angelū dei excipientes adoꝛāt. pedes
lauant.ad orõnem inuitant. menſam ponūt
atq̄ omnia ſm̄ diuinū mādatū ꝯplēt cha-
ritatis officia . Uerum vbi refectus eſt et
paululū requieuit ex moꝛe quaſi ab erudi-
tiſſimo patre ceperūt verbū edificatõis ex-
petere ac monita ſalutis inquirere. Inter-
rogauere quoq̄ eum quomodo quis dya-
boli laqueos poſſit effugere.aut ſi quādo tur-
pes inieceritanimo cogitatões.quõ depel-
li pñt et abijci. Tū ille ut ꝯpulſus eſt mo-
nita fratrib9 dare.et ſalutis eos viā docere
ac de inſidijs demonū quas ſeruis dei in-
tendūt facere ſmonē. illos quidē plane et
ſufficiēter docuit.ſibi vero ipi ſtimulos cõ-
punctiõis infixit.et in ſemetipm̄ regreſſus
ait. Quomõ ego alios moneo ⁊ ipe decipi-
oꝛ.aut quõ alios coꝛrigo q̄ meipm̄ nõ emē-
do. Age ergo miſer.facito ipe prioꝛ que fa-
cere alios doces. Cunq̄ huiuſmodi incre-
patõibus vteretur aduerſus ſemetipm̄ et
intellexiſſet ſe miſerabiliter ſupplantatum
valedicens fratribus .continuo ſe curſu ra-
pidiſſimo in heremum dedit.et ad ſpelun-
cam de qua diſceſſerat redijt .proſternens
ſe domino in oratõne dicens. Niſi domi-
nus adiuuiſſet me paulominus habitaſſet
in inferno anima mea. Et iterum paulo-
minus fui in omni malo.et paulominuſ cõ-
ſummauerunt me in terra. In hoc vero cõ-
pletum eſt quod ait ſcriptura. Frater fra-
trem adiuuās exaltabit̄ ſicut ciuitas muni-
ta ⁊ foꝛtis. Poſt hec ergo ꝑmanſit om̄i vi-
ta ſua in luctu et lacrimis. videns diuini-
tus ſibi conceſſum celeſtis menſe benefici-
um perdidiſſe. cepit enim in laboꝛe rurſus
et ſudoꝛe vultus ſui manducare panem ſu-
um. Concluſit autē ſe intra ſpeluncam.at-
q̄ in cilicio et cinere iacens.tamdiu lugen
fleñſq̄ permanſit in oratõibus. donec aſſi-
ſtens ei angelus domini diceret ad eum

Suſcepit dñs penitentiã tuam. et repropi
ciatus eſt tibi. ſed caue ne vltra elatus deci
piaris. Venient ad te autẽ fratres quoſ tu
ipſe docuiſti deferẽtes tibi bñdictões quas
ſuſcipere ne recuſes. et ſumens cũ eis cibũ
age gratias deo tuo. ¶ Hec autẽ locutus
ſum vobis filioli mei ut ſciretis quanta ſit
in humilitate firmitas. ⁊ in elatõne ruina
ꝗ̃ maxima. Jdeo deniqꝫ ⁊ ſaluator nr̃ pri-
mam beatitudinem de humilitate docuit di
cens. Beati paupes ſpiritu quoniã ipſorũ
eſt regnũ celorum. ſimul huiuſmodi exem-
plo diſcentes: ut cautiores ſitis ne a demo
nibus in cogitationũ ſubtilitate ſeducami-
ni. ꝓpterea enĩꝫ et forma huiuſmodi inter
monachos obſeruat̃. ut ſi quis ad eos veni
at ſiue vir ille ſeu mulier ſit. ſiue ſenex ſiue
iuuenis. ſiue ignotus ſiue notus ante oĩa
et oratio fiat: ⁊ nomen domini inuocetur.
quia ſi fuerit aliqua tranſformatio demõis
continuo oratiõe facta diffugiet. Si ṽo in
cogitatõne veſtra ſuggeſſerint ipſi demoneſ
aliquid vnde laudari debeatis et extolli. ñ
acquieſcatis eis. ſed tunc magis voſmetip
ſos humiliate in cõſpectu domini ⁊ pro ni
hilo ducite. cũ vobis illi aliquid ꝺ̃ ſectanda
laude ſuggeſſerint. Deniqꝫ etiã me frequẽ
ter demones noctib⁹ ſeduxerũt. ⁊ neqꝫ o-
rare me neqꝫ requieſcere ꝑmiſerunt. fantaſi-
as quaſdam ꝑ noctem totã ſenſibus meis
⁊ cogitatõibꝫ ſuggerenteſ. Mane ṽo velut
quadam illuſione ꝓſternebant̃ ante me di-
cẽtes. Jndulge nobis abba. quia laborẽ ti-
bi incuſſimus tota nocte. Ego reſpondi ad
eos. Diſcedite a me oẽs qui opamini in
iquitatẽ. et nõ tẽptetiſ ſeruum domini. Et
vos ergo filioli quietẽ ſilentiumqꝫ diligite
⁊ ſcientie operaꝫ date atqꝫ exercete voſmet
ipſos ut frequenti collatõne mentẽ veſtraꝫ
purã exhibeatis deo. ne oratões vr̃e im-
pediantur apud deũ. Quãuis etenĩꝫ illi bo
num opus agant. et ſit in illis probabil' con
ſcientia qui inter ſeculares poſiti exercen-
tur in operibus bonis. et occupant ſemet-
ipſos actibus religioſis et ſanctis. vel hoſ-
pitalitatem ſectando vel charitatis miniſte
rijs obſequendo. vel miſericordias ac viſi-
tatões aliaqꝫ huiuſmodi opera explendo
in quibus alijs quidem boni ſemꝑ aliquid
conferant. ſemetipſos tamen caſtos ſeruẽt.
Sunt ergo et iſti probabiles ⁊ valde ꝓba
biles qui in bonis actibus placẽt deo. ⁊ ſũt
operarij inconfuſibiles mandatorum dei.
ſed tamẽ hec omnia terrenos habent actuſ
⁊ erga materias corruptibiles geruntur.
Qui vero in exercitio mẽtis deſudat. ⁊ ſpi
ritales intra ſemetipſm excolit ſenſus. lon-
ge illis ſuperior iudicandus eſt. Locuꝫ nã-
qꝫ intra ſemetipſm preparat vbi ſpiritusſan
ctus habitet. et obliuionẽ quodãmodo ca-
piens terrenorũ ſolicitudinẽ gerit de cele-
ſtibus et eternis. Conſtituit enim ſemetip
ſum ſemꝑ ante conſpectũ dei. et omnes ꝓ-
ſentiũ rerũ ſolicitudines poſt tergum iaci-
ens ſolo diuini deſiderij calore conſtringi-
tur. et ideo in laudibus dei poſit⁹ ⁊ hym-
nis et pſalmis die ac nocte nõ poterit ſatia
ri. Hec et multa alia his ſimilia beat⁹ Jo
hannes per triduũ ꝯtinuo loquens ad nos
animas noſtras refecit et innouauit. Ut
autem cepimus velle ab eo ꝓficiſci dat⁹ no
bis benedictõnibus. ꝑgite inquit in pace o
filioli. hoc tamẽ ſcire vos volo ꝙ hodierna
die victorie religioſi principis Theodoſij
alexandrie nunciate ſunt de Eugenio tyrã
no. Neceſſe eſt autẽ et ipſum Theodoſium
non multo poſt ꝓpria morte vitam finire.
Cumqꝫ profecti ab eo fuiſſemus. hec ita ge-
ſta eſſe ad fidẽ comperim⁹ vt ipſe predixe-
rat. Poſt dies autẽ paucos inſecuti ſunt
nos quidam fratres annũciantes nobis ꝙ
ipſe ſanctus Johannes in pace quieuerit.
Obitus autem ipſius talis quidem fuerat.
Per triduũ inquiũt nullũ ad ſe introire ꝑ
miſit. ⁊ poſitis genubus in oratõne reddi-
dit ſpiritũ. atqꝫ ita ꝑrexit ad dominũ. cui ẽ
honor: gloria: laus et imperiuꝫ in ſecula ſe-
culorum Amen.

¶ Explicit vita beati Johannis egiptij.

## Vita et geſta ſancti Hor abbatis. cui diuinitus collata eſt litterarũ ſcientia.

P.

Vidimus et aliū apud Thebay/
dem venerabilē virū Hor nomi
ne.hic multoꝝ erat monaſterioꝝ
pater.qui habitu ip̄o honoris videbať an/
gelici.nonaginta iam agens etatis annos:
barba.plixa.et claritatis canicie ſplendida.
vultu et aſpectu ita letus ut plus aliq̄d ha/
bere q̄ȝ in hominis natura eſt viſio ip̄a vide
retur. Hic prius in vltima heremo pluri/
mis abſtinentie laborib⁹ exercitat⁹. poſtre
mo in vicino vrbis loco monaſteriū inſti/
tuebat. In adiacentibus autē habitatōnis
ſue locis diuerſi generis arboꝝ ſiluas ipſe
per ſe plantaria ponēdo conſeuit. in quibuſ
ut nobis a plimis ſanctis patribus affir/
matū eſt .ante illius aduentū nullū omni/
no virgultū fuit. ob h̄ autē plantauit hanc
ſiluam.ut fratres quos inibi ꝯgregare cu/
piebat.nō haberent neceſſitatē ligni gratia
longius euagādi.habens curā et in his que
miniſterio corpis neceſſaria ſunt.ſed pre/
cipue ſalutis eorū ac fidei. Ip̄e tamē cum
eſſet in heremo herbis paſcebať et radicib⁹
quibuſdam.et hec ei dulcia videbanť. A/
quā vo ſi q̄n inueniſſet bibebat.orōibuſ et
hymnis occupās omne diei tp̄us ac noctiſ.
Ut aūt ad maturā ꝑuenit etateȝ apparuit
ei angelus dei ī heremo p̄ viſū dicēs. Eris
in gentē magnā et multus tibi popul⁹ cre/
detur.et erunt qui per te ſaluandi ſunt mul
ta miliū hominuȝ. Quantoſcunq̄ȝ auteȝ in
hac vita poſitus cōuerteris ad ſalutē ſuper
tantos principatū accipies in futuro. ⁊ ni/
hil verearis .nunq̄ȝ em̄ aliquid tibi deerit
eorū que ad vſum corporū req̄runť q̄tiens
hec popoſcerȝ a deo. Hec cū audiſſet ad vi
ciniora loca accedit.⁊ primo ſolus ſub ꝑuo
tugurio q̄ð ſibi ip̄e ꝯſtruxerat habitare ce
pit.oleribus ꝯpoſitis veſcēs ſolis. interdū
etiā poſt ꝯtinuata ieiunia. ¶ Litteras pri/
mo ignorauit. Cum aūt de heremo ad hec
que ſupradiximus viciniora habitacuľ lo
ca acceſſiſſet.data eſt ei diuinitus gr̃a.⁊ cū
a fratrib⁹ oblatus ei fuiſſet codex .q̄ſi olim
iā ſciens lr̄as legere cepit. Collata eſt ei et
aduerſus demões etiā v̄tuſ ita ut multi ex
his q̄ſ vrgebāt demões etiā inuiti ad eū ra/
perenť.ꝓteſtantes ſummo cū clamore ō me

ritis eius. Sed ⁊ alias q̄ȝplimas ſanita/
tes operabatur. Cōgregabanť interim ad
eum plime multitudines monachorū. in/
ter quos cū etiā nos aduteniſſem⁹ viſis no
bis letiſſimus reddiť. Cūq̄ȝ ſalutās noſ o/
raſſet more ſibi ſolito pedes hoſpitū ꝓpriȷ̄ſ
manib⁹ lauit.⁊ docere nos ex ſcripturis q̄
ad edificatōnem vite ac fidei ꝑtinent cepit
Erat em̄ ei docēdi gr̃a a deo collata. Cum
itaq̄ȝ plima nobis ſcripturaꝝ capitula ſapi
enter diſſeruiſſet .rurſus ad orōem ꝯuerte/
bať. Cōſuetudo aūt erat ei nō pri⁹ corpora
lem cibū ſumere q̄ȝ ſp̄ualem xp̄i ꝯmuniōȝ
acciperet. Qua percepta poſt gr̃arum acti/
onem adhortari nos etiā ad reficiendum
cepit.ip̄e tn̄ ſedēs nobiſcū nūq̄ȝ ceſſabat ali
quid de ſtudijs ſpiritalibus ꝯmonere.

¶ Narrabat ergo nobis tale aliquid.
Scio inq̄t hoīem quendam in heremo p̄
tres continuos annos nullū ſumpſiſſe ter/
renū cibū .angelus enim dn̄i tercia quoq̄ȝ
die eſcā deferebat ei celeſtē. Et h̄ ei cibus
erat et potus. Et iterū ſcio hmōi hoīem ad
quē venerūt demones in ſpecie celeſtȝ mili
tie et habitu angelorū.currus igneos agē
tes plimo apparatu tanq̄ȝ magnū aliquem
regem deducētes.iſq̄ȝ q̄ ceteris ut rex ha/
beri videbať dicebat ad eū. Impleſti offīa
o homo: ſupeſt tibi vt adores me.et tranſ/
feram te ſicut Helyam. Sed monach⁹ hec
audiens dicebat in corde ſuo. Quid ē hoc
Quotidie ego ſaluatorē qui eſt rex me⁹ a/
doro.hic ſi eſſet ille quomodo a me h̄ po/
ſceret.quod indeſinenter me facere ſciret.
Et poſt hec reſpondit ad ipſum. Ego ha/
beo meum quem quotidie ſine intermiſſio
ne adoro .tu autem non es rex meus. Et
continuo inimicus ad hec verba nuſq̄ȝ cō/
paruit. Uerū.hec ille quaſi de alio nobis
narrans.ſua geſta ſub alterius ꝑſona me/
morabat. Patres tamē q̄ aderant ip̄i no/
bis affirmabant ꝙ ip̄e eſſet qui hec vidiſ/
ſet et audiſſet . Erat enim hic magnificus
pater .qui inter cetera bona etiam hoc pre
ſtabat aduenientibus fratribus.et cum ip
ſo habitare volentibus .ꝙ faciebat conuo
cari fratres qui ſecum erant .et in vna die
aduenienti fratri cellulam edificabant.

Et erat in hoc ope magna alacritas fratrū
Unoquoqꝫ eorū feſtinãte lateres ꝯuehere
aut lutū porrigere aut aquā infundere : aut
ligna deferre. Ubi vo pfecta fuiſſet ipe eā
omnibus vtenſilibus vel neceſſarijs inſtru
ctam. tradebat fratri hic aliquãdo cū fal-
ſus qdam frater ad ſe veniſſet. et ut videre
tur nudus veſtimenta ſua occultaſſꝫ argu
it eum corā omnibus. et in mediū que occl
tauerat protulit. et ita ꝯtimuere omnes vt
de reliquo nemo auderet coram ipo fallere.
Tanta in eo erat virtus animi. et tãta di-
uine gratie magnitudo quam abſtinẽtie la
bore et fidei puritate queſierat. Multitudi
nes autē fratrū cum ipo poſite tanta gratia
erant replete ut cū ad eccleſiam ꝯuenirent
chori eorū veſtibus ac mentibꝫ reſplẽden-
tes ad imitatōem virtutū celeſtiū in hym
nis et laudibus dei ꝑuigiles viderent̄.

## De ſacto Ammone abbate triū miliū monachorū
R

Vidim⁹ aūt in Thebayda etiā aliū
virū noīe Ammonē p̄rēꝫ triū mi
liū circiter monachoꝝ q̄ thebenen
ſij appellabant̄ ingentis abſtinẽtie virꝫ qui
bus vſus ē indui collobijs q̄ſi saccꝫ lineis
ꝛ pelle ꝯfecta a collo poſt tergū et lat⁹ deſcē
dente ꝯtegi. cucullis etiā caput opiri. maxi
me cū ad cibū ꝯuentū fuerit eiſ etiā velare
faciē ne alius aliū ꝑci⁹ cibū ſumētē dep̄hē
dat. Eſtãt eis ꝛ ī capiēdo cibo ſūmū ſilētī
um. ita ut nec putet̄ ī eo loco eſſe aliq̄s hoīꝫ
vbi ſedent ad mēſas. et oīs eorū ꝯuerſatio
ita ē in multitudine poſita q̄ſi ſit in ſolitu-
dine dū ita latet vniuſcuiuſqꝫ abſtinẽtia ut
ab alio dep̄hendi nō poſſit. Sedēt ḡ ad mē
ſam ꝯtingētes magis q̄ȝ ſumenteſ cibos. ut
nec defuiſſe mēſis. nec tñ ventri ſatiſfeciſſe
videant̄. Maior q̄ppe eſt ꝯtinẽtie vt⁹ his
abſtinere q̄ in oculis habent̄ ꝛ nō ī manibꝫ

## De ſancto benone angelici ordinis viro et abbate.
S

Vidim⁹ ꝛ aliū ſenē manſuetudine
oēs hoīes p̄cellentē abbatē Be-
nonē noīe. d' quo aſſerebãt frēs
qui cū ipo erãt q nec iuramentū vnq̄ȝ ne
q̄ȝ mendaciū de ore ei⁹ ꝓceſſerit. neqꝫ vll⁹
hoīm iratū viderit eū aliq̄ñ. aut s̄monem
ſuꝑfluum ocioſumqꝫ ꝓferentē. ſed erat vi
ta ei⁹ in ſummo ſilētio. moreſqꝫ trãquilli.
ꝛ ꝑ oīa q̄ſi angelici ordīs vir. hūilitas quo
qꝫ immēſa. et in oīibꝫ ꝓ nihilo ſemetip̄m
ducēs. Deniqꝫ nobis multū rogantibus
vt aliquē ſermonē ab eo edificatōis audire
mus vix impetrare potuimus ut pauca no
bis de mãſuetudine loq̄ret̄. Hic aliq̄ñ cū be
ſtia quedã q̄ yppotamus appellat̄ ibi regio
nē ꝓximã vicinãqꝫ vaſtarꝫ. rogat⁹ ab agri
colis venit ad locū. et cū ad immanē beluaꝫ
ꝑueniſſet ait ad eã. Precipio tibi in nomīe
ihū xpi ne vltra vaſtes hãc terrã. Tūc il-
la q̄ſi angelo pſeq̄nte effugata nuſq̄ȝ oīni-
no cōparuit. Sili modo etiã cocodrillū ab
eo alio tp̄e fugatum ꝓhibebant.

## De oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.
T

Venimus aūt et ad ciuitatē q̄ndaꝫ
Thebaydis noīe Oxirincum in
qua tanti religionis dep̄hendim⁹
bona ut ea nemo ſufficiat enarrare. Reple-
tam nanqꝫ eam monachis intrīſecus vidi
mus. et extrīſec⁹ oīni ex ꝑte circūdatã. ꝛ e-
des publice ſi q̄ in ea fuere. ꝛ tēpla ſuꝑſtiti
onis antiq̄ hitatōes nūc erãt monachoꝝ. et
ꝑ totã ciuitatē multo plura monaſteria q̄ȝ
dom⁹ videbant̄. Sūt aūt ī ipa vrbe q̄ eſt
ampla valde ꝛ populoſa duodecim ecclie:
in q̄bꝫ publicus agit̄ ppli ꝯuētus exceptis
monaſterijs in q̄bꝫ ꝑ ſingula loca oratōnū
domus ſunt q̄ certis tp̄ibꝫ ad orōem freq̄n
tant̄. Sed nec porte ipe nec turres ciuitatꝫ
aut vllus oīno angulus eius monachorum
habitatōibꝫ vacat quiqꝫ ꝑ oēm ꝑtē ciuita
tis die ac nocte hymnos ac laudes deo refe
rentes vrbem tantã quaſi vnã dei eccleſiã
faciūt. Nullus enim ibi inuenit̄ aut here-
ticus aut paganus. ſꝫ oēs ciues xpiani. om
nes catholici. ut nihil omnino differat ſi e-
piſcopus in platea orōem aut in ecclia faci
at. Ipi q̄ꝫ magiſtrat⁹ aut pricipales ciuita
tis et reliqui ciues ſtudioſe ꝑ ſingulas por
tas ſtatuūt eos q̄ obſeruēt vt ſicubi appa-
ruerit ꝑegrinus aut pauꝑ certatim ad euꝫ

curtāt. ⁊ qui ꝓoccupauerit abducit ut que ſunt neceſſaria ꝯſequat᷑. De his ḡ q̄ apud nos ab ipis ꝑꝛ̄is geſta ſunt. Videtibꝫ trāſire nos ꝑ ciuitatē ſuam. ⁊ velut angelis occurrentibꝫ atq; honoꝛeꝫ deferentibus quō enarreꝫ. Aut de ipis monachis et v̄ginibꝫ quoꝝ innumere multitudines vt ſup̄diximus in illa vꝛbe habent᷑. Requirētes eniꝫ a ſancto ep̄o loci ipi⁹ viginti milia v̄ginū ⁊ decē milia monachoꝝ̄ inibi haberi cōperimus. Quoꝝ̄ omniū affectū erga nos et honoꝛē quem exhibebant vobis exponere nec ſermo ſufficit nec verecūdia ꝑmittit. q̄ modo pallia nr̄a ſcinderent᷑. vnoquoq; nos ſibi rapiente: ⁊ ad ſe adducere cupiēte. Vidimus q̄z ibi plīmos ſctōꝝ patꝝ diuerſas dei grās habentes. alios in verbo dei. alios in abſtinentia. alios in ſignis et v̄tutibꝫ miniſtrantes.

## De ſancto Theone
qui triginta annis ſilētiū habuit obſuatōeꝫ

aduenientib⁹ ↄgregaret. Et cū polliciti fu-
iſſent perlaturos ſe. vnus ex ipis ↄue ſibi
ducit. dicens piclitare poſſe camelū ſuum
ſi ei tā ↄue onus imponeret. Et ait ad alte-
rū. Tu ſi vis aut potes defer. ego camelo
meo parcā ne moriat̄. Tūc alter ait. Mi-
hi inq̇t ut ipe noſti camelus nō eſt. ſȝ aſi-
nus. nūquid qđ camelus portare nō p̄t va
let aſinus portare. At ille. Facito inq̇t qđ
vis. tu videris. Ego em̄ non interimā ca-
melū meū. Tūc ille. Ego inq̇t impono aſi
no meo pondus qđ tu camelo tuo onero-
ſum dicis. ⁊ merita hoīs dei faciēt qđ im-
poſſibile eſt eſſe poſſibile. Et ita impoſituȝ
doliū aſino ſuo puexit vſq̄ ad monaſteriū
hoīs dei. ita ut nec ſentiret aſinus ſe aliq̇d
oneris portare. Quem ut vidit Ammon
bn̄ feciſti inq̇t in aſino deferēs doliū. colle
ge enim tui camel⁹ mortuus eſt. Et egreſ
ſus inuenit ita geſtū vt p̄dixerat famulus
dei. Sed ⁊ multa alia p eū ſigna dn̄s oſtē-
dit. Nam et fluuiū nylū cuȝ tranſire vellet
⁊ exuere ſe erubeſceret. virtute dei ſubito ī
alterā ripā trāſlatus dicit̄. Btūs aūt An
thonius in ſumma ammiratōe vite eius iu
ſticiā atq̄ animi eius virtutes habuiſſe me
moratur.

## De ſctō Pyamone

NOn aūt mihi videt̄ dignū etiaȝ
eius heremi habitatores q̄ parthe
nio mari adiacet: ⁊ vicina ē oppi-
do qđ dyolcho d̄r ſilentio p̄terire. In q̄ vi
dimus q̄ndam p̄ſbiterū āmirabilē nomīe
Pyamonē. totius hūilitatis ⁊ benignita-
tis virū habētē etiā reuelationū gr̄aȝ. De
niq̄ cū q̇dā tpe dn̄o ſacrificia offerret vi-
dit angelū dei ſtantē iuxta altare. ⁊ vniuſ-
cuiuſq̄ monachorū accedentiū ad altare
ſcribentē noīa in libro quē tenebat ī mani-
bus. quorūdā tamē noīa nō ſcribentē. Cū-
q̄ diligēter obſuaſſet ſenior q̄ eſſent q̄ruȝ
noīa nō ſcripſiſſet. poſtea q̄ȝ ſunt ↄpleta mi
ſteria vnūquenq̄ eorū ſeorſum vocās per-
ſcrutat̄ q̇d eis in occulto peccati fuiſſet ad-
miſſum. ⁊ inuenit ex ↄfeſſione eoꝝ vnum-

queq̄ꝫ mortalis peccati obnoxiū. Tūc hor
tatus eſt eos agere penitentiam. et ſemet/
ipm cū eis añ dñm ꝓſternens die ac no/
cte tanq̄ꝫ ipſe in eoꝝ peccatis eſſet obnoxi⁹
flebat. ⁊ tādiu ꝑmanſit cū eis in luctu ⁊ la
crimis et pñia donec iterū videret eundē
angelū ſtantē et ſcribentē accedentiū noīa
Et poſtea q̄ꝫ omniū ſcripſit. tūc etiā illos
ex nominib⁹ euocantē atq̄ꝫ ad recōciliati/
onem altaris imitantem. Et vbi hec ſenior
vidit. intellexit eorū ſuſceptā eſſe penitēti
am. ⁊ ſic eos altari tota cū gratulatōne re/
ſtituit. Hunc etiā quodam tpe ferebant a
demonib⁹ ita v̄berati ut ſtare aut moueri
omnino de loco nō poſſet. Et cū dies adeſ
ſet dñica. et res poſceret offerre ſacrificiū
iuſſit ſe fratrū manibus ad altare portari.
Ubi cum in orōe iacuiſſet aſtantē cōtinuo
vidit angelū dñi q̄ aſtare ſolebat altari. et
porrigentem ſibi manū atq̄ꝫ eleuantē ſe de
terra. Et ſtatim dolor oīs ita ab eo diſceſ/
ſit. ut ſolito ſanior redderet̄.

## De ſctō Johanne

ERat in ipſis locis vir S
ſanctus. ac totius gr̄e dono r̄ple
tus Johānes noīe. in quo tāta e/
rat ꝯſolatōis gratia. ut quacūq̄ꝫ meſticia
quocūq̄ꝫ tedio oppſſa fuiſſet aīa pauc̄ ei⁹
ſermonib⁹ alacritate et leticia repleretur.
Sed ⁊ ſanitatū gr̄a plīma ei a deo donata
eſt. In aliis q̄ꝫ q̄ꝫplimis locis egipti ſpar/
ſim vidimus ſctōs dei v̄tutes mltaſ ⁊ mi
rabilia faciētes. ⁊ gr̄a dei plenos. ſꝫ paucoſ
ex multis memorauim⁹. de oībus em̄ ex/
plicare ſup̄ vires noſtras ē. Nā de his q̄ ī
ſupiori thebaida. i. circa ipm ſyenē habita
re dicunt̄ auditu ſolo ꝯperimus qd̄ his pe
ne omnib⁹ quos vidim⁹ celſioreſ illi ⁊ ma
gnificentiores habebant̄. Accedere v̄o ad
ipos ꝓ itineris piculo nequimus. q2 q̄ꝫuis
oīa illarū ptium loca latronib⁹ incurſent̄.
illa tamē q̄ vltra ciuitatē lycō ſunt etiā bar
baros patiunt̄. Et ideo null⁹ nobis ad eoſ
acceſſus fuit. q2 reuera nec eos q̄s ſupius
memorauimus abſq̄ꝫ piculo vidimus.

## De periculis itineris ad heremos

SEpties nāq̄ꝫ in h̄ itine ſ
re piclitati ſumus. in octauo au
tem ſicut ſcriptū eſt: nō obtinuit
nos malū. deo nos in omnib⁹ ꝓtegēte. De
niq̄ꝫ ſemel ꝑ q̄nq̄ꝫ dies ac noctes incedē/
tes ꝑ heremū ſiti ac laſſitudine piclitati ſu
mus. Alio quoq̄ꝫ tpe incurrimus loca in
q̄bus eſt ꝯuallis q̄dam. humorē ex ſemet/
ipa gignens: ſalſiꝫ quē ꝯtinuo calor ſolis
velut hyemalē pruinā in glaciē. ita in ſaleꝫ
ſtringit. ⁊ tanq̄ꝫ ſudes acutas ex ipo ſale ef
ficit. atq̄ꝫ ita oīa illa exaſperant̄ loca. ut nō
ſolū nudos pedes: ut habebamus nos. ſꝫ ⁊
calciamētis munitos terebraret ac ſecet. In
his ḡ inuenti. magno cū piculo vix euaſi/
mus. Tercio cū nihilominus ꝑ heremū ꝑ
geremus. incurrim⁹ vallem q̄ndam hūo/
rem ex ſemetipa ſimiliter gignētē. ſꝫ intra
ſemetipm eum ſeruantē. cuius ſolū laxū ⁊
feditū ceno repletū trāſire cupiētes vſq̄ꝫ
ad latera deſedimus. Cūq̄ꝫ pene ibidē ī ea
dem mergeremur. exclamātes ad dñm vo/
cem pſalmi ꝓtulimus dicēs. Saluum me
fac deus q̄m intrauerūt aque vſq̄ꝫ ad aīam
meā. Infixus ſum in limo ꝓfundi. ⁊ non
eſt ſubſtātia. Quartū ꝑtulimus in aq̄s q̄/
buſdam q̄ ex inundatōe fluminis nyli remā
ſerant. in q̄bus triduo ꝯtinuo afflicti: vix
euadere potuim⁹. Quintū piculū fuit no/
bis a latronib⁹ cū ſecus mare iter ꝑagere
mus q̄ ꝑ decē milia paſſuū inſeq̄ntes nos
q̄s ꝑimere ferro nō potuerant pene exani/
mes reddiderūt ꝑfugaꝫ. Sextū diſcrimē
nobis in ipo flumine nylo fuit. in q̄ naui/
gantes pene ſubmerſi ſumus. Septimuꝫ
in ſtagno qd̄ marethſe vocabulo appellat̄
vento ſeuiente ī inſulā quandā eiecti ſum⁹
hyeme grauiſſima ſup̄ nos ⁊ tēpeſtate flu
ente. Erat em̄ tpus q̄ epiphanioꝝ dies ce/
lebrāt̄. Octauū aūt fuit q̄ cū ad nitrie mo
naſteria venirem⁹ locū q̄ndā incidim⁹. in
quo refluens nyli aq̄ reſidens velut ſtagnū
q̄ndam effecerat. in q̄ multe beſtie p̄cipue
cocodrilli plurimi erāt. Qui cū ad tēperieꝫ
ſolis exiſſent reſoluti circa ora ſtagni iace/
bant. ita ut ignorātib⁹ nobis mortui vide/

rentur. Et cũ accederem⁹ ad videndaʒ mi
randãqꝫ magnitudinẽ beſtiarum q̃s exani
mes putabamus. ꝯtinuo ut ſonum pedũ
ſenſerunt excitate, irruere ⁊ inſectari nos
vehementer ceperũt. Nos aũt magno cũ
clamore ⁊ metu nomẽ xp̃i inuocauim⁹. cu
ius miſericordia affuit. et beſtie q̃ ꝯ nos in-
ſurrexerunt. quaſi ab angelo repellẽte i ſta-
gnum ꝓtinus ꝓiecte ſunt. Nos autẽ cur-
ſu concito ad monaſteria feſtinauimus. gr̃i
as agentes deo nr̃o q̃ nos de tãtis ꝑiculis
liberauit. ⁊ tanta nobis oſtendit mirabilia:
Ipſi gloria ⁊ honor et poteſtas ⁊ imperium
in ſecula ſeculorũ Amen.

Finit vita et ꝯuerſatio ſanctorũ patrũ
egiptiorũ. et q̃ in ſcithia et thebayda mora
banť quemamodũ btũs Hieronim⁹ mul-
to labore ꝯſperit. ⁊ relata a fide dignis au-
diuit et diligenter ꝯſcripſit.

# Incipiunt geſta

ſanctorũ patrũ egiptiorũ Scithye ⁊ The
bayde. que btũs Hieronim⁹ autẽtice ꝯſcri
pta repit. et e greco in latinũ trãſtulit. imo
etiã ab alijs trãſlata i vnũ collegit.

Prologus beati Hieronimi p̃ſbiteri i
vitam ſancti Pauli primi heremite.

Inter multos ſepe dubitatũ ẽ a q̃
potiſſimũ monachoꝝ herem⁹ ha-
bitari cepta ſit. Quidã eñi altius
repetentes a btõ Helya et Johãne princi
pia ſumpſiſſe dixerũt. quoꝝ et Helyas pl⁹
nobis videť fuiſſe q̃ȝ monachus. ⁊ Johã-
nes ante ꝓphetare cepiſſe q̃ȝ nat⁹ eſſʒ. Alij
autẽ in quã etiã opinionẽ vulgus om̃e con
ſentit aſſerũt Anthoniũ hui⁹ ꝓpoſiti caput
qđ ex ꝑte verũ eſt. Nõ enim tã ipſe añ om̃s
fuit q̃ȝ ab eo oĩm initiata ſũt ſtudia. Ama-
thas vo ⁊ Macharius diſcipuli Antho-
nij e quibꝰ ſupiꝰ corpus mgr̃i ſepeliuit eti
am nũc affirmant Paulũ quendã thebeũ
principem rei iſtius fuiſſe. ſed nõ nois. quã
opinionẽ nos quoqꝫ ꝓbamus. Nõnulli et
hec ⁊ alia ꝓut voluntas tulit iactitant. ſub
terraneo ſpecu crinitũ calcaneoten⁹ hoĩem
⁊ multa alia q̃ ꝓſequi ocioſum eſt incredi
bilia fingentes. quoꝝ q̃ꝛ impudẽs mẽdaci
ũm fuit repellenda q̃dẽʒ eoꝝ ſentẽtia vide-
tur. Igiť quia de Anthonio tã greco q̃ȝ ro
mano ſtilo diligẽter memorie traditũ eſt
pauca de Pauli primo heremita pͥcipio
⁊ fine ſcribere diſpoſui. magis q̃ꝛ res omiſ
ſa erat q̃ȝ fretus ingenio. Quõ aũt ĩ media
etate vixerit. aut quas ſathane ꝑtulerit in-
ſidias nulli hoĩm ꝯptum habeť.

# Incipit vita ſancti

Pauli primi heremite.

Sub Decio ⁊ valeriano pſecuto
ribus. q̃ tp̃e cornelius rome Cy
prianus carthagine felici cruore
dãnati ſunt. multas apud egyptũ et theba
ydã eccl'ias tẽpeſtas ſeua populata ẽ. voti
tũc xp̃ianis erat ꝓ eo nomine gladio ꝑcuti
Verũ hoſtis callidus tarda ad mortẽ ſup
plicia ꝯq̃rens aĩas q̃rebat iugulare nõ cor
pa. Et ut ipſe q̃ ab eo paſſus eſt ciprianus
ait. volẽtibꝰ mori nõ ꝑmittebať occidi Cu
ius ut crudelitas notior fiat. due memorie
cã exẽpla ſubijcimus. Perſeuerantẽ i fide
martirẽ ⁊ inter eculeũ flãmaſqꝫ victorem
iuſſit melle ꝑungi. et ſub ardẽtiſſimo ſole
ligatis poſt tergũ manibꝰ reponi. ſ. ut mu-
ſcarũ aculeis cederet q̃ ignitas ſartagines
ante ſupaſſet. aliũ iuuenili etate florentẽ ĩ
ameniſſimos ortulos p̃cepit adduci. ibiqꝫ
inter cãdentia lilia et rubẽtes roſas: cũ leni
murmure iuxta ſerperet riuulus. ⁊ molli ſi
bilo arboꝝ folia ventus ſtringeret. ſup ſtra-
tum plumis lectulũ reſupinari iuſſit: ⁊ ne
ſe inde poſſet excutere blãdis ſertorũ nexi
bus irreticũ relinq̃. Quo cũ recedentibus
cũctis meretrix ſpecioſa veniſſet. cepit deli
catis ſtringere colla cõplexibꝰ. ⁊ qđ dicto
q̃ȝ ſcelus eſt manibꝰ attrectare virilia. ut
corpe in libidinẽ ꝯcitato ſe victrix impudi
ca ſupiaceret. Quid ageret miles xp̃i. aut
quo ſe ꝯferret neſciebat. Quẽ tormẽta nõ
vicerant ne ſuparet abhominata voluptaſ
Tandẽ celitus inſpirat⁹ p̃ciſam mordicijſ
linguam in oſculãtis ſe faciẽ expuit. ac ſic li
bidinis ſenſum ſuccidẽs doloris magnitu
do ſuꝑpuit. Per idem ĝ tp̃us q̃ talia ge-
rebanť. apud inferiorẽ Thebaydã cũ ſoro
re iã viro tradita. poſt mortẽ amboꝝ ꝑentũ
in hereditate locupleti. paulus relictus eſt

annoꝝ circiter ſedecim: lr̃is tã grecis q̃ꝫ
egiptiacis apprime eruditus. mãſueti ani/
mi deũ valde amãs. Sed dũ ꝑſecutõnis
detonaret ꝓcella in villã remotiorẽ ⁊ ſecre
tiorẽ receſſit. Uerũ qd pectora hũana non
cogis auri ſacra fames. Sororis maritus
cepit ꝓdere velle quẽ celare debuerat. Nõ
illũ vt aſſolet vxoris lacrime. nõ ↄmunio
ſanguĩs. nõ ſpectans cũcta exalto de⁹ a ſce/
lere ſuo reuocat. Aderat. inſtabat crudeli/
tate quaſi pietate vtebat̃. Qď vbi prudẽ/
tiſſimus adoleſcens intellexit. ad montiũ
ſecreta ↄfugiẽs. dũ ꝑſecutõis finẽ ꝑ̃ſtolare
tur. neceſſitatẽ in volũtatẽ vtit. ac ſic pau
latim ꝓgrediẽs. ruſuſq̃ tantũdẽ ſubſiſtẽſ
atq̃ idem ſepi⁹ faciens. repit ſaxoſum mõ
tẽ. ad cuius radices haud grãdis ſpelunca
lapide claudebat̃. Quo remoto ut ẽ cupi/
ditas hoĩm auidi⁹ occulta agnoſcere. ani/
aduertit intus nõ grãde veſtibulũ. Qď ap
to deſup celo patulis diffuſa ramis. vetus
palma ↄtexerat: fontẽ lucidiſſimũ oſtẽdẽs
tantũmodo foras eadẽ ↄtinuo q̃ genuerat
terra ſorbebat. Erãt ꝑterea ꝑ extenſũ mõ
tẽ nõ pauca habitacula: in qbꝫ fabre iam in
cudes ⁊ mallei qbus pecunia furtiua ſigna
bat̃ videbãt̃. Hũc locũ egiptiorũ lr̃e ferũt
furtiuã monete officinã fuiſſe ea tẽpeſtate
qua cleopatre iũctus anthoni⁹ eſt. Igi
tur adamato et q̃ſi a deo ſibi oblato habita
culo. oẽm ibidẽ in orõibꝫ ⁊ ſolitudine dux
it etatẽ cibũ et veſtimentum palma ꝑ̃bebat.
Qď ne cui impoſſibile videat̃ ihm̃ teſtor.
⁊ ſctõs angelos eius in ea ꝑte heremi q̃ iu/
xta ſyriã ſaracenĩſ iungit̃. et vidiſſe me mo
nachos et videre. e qbus vn⁹ triginta iã ꝑ
annos clauſus ordeaceũ panẽ mãducabat
⁊ lutulentã aquã bibebat. Alter in ciſterna
veteri quã gẽtili ſermone ſyri gubra. alias
gippum vocãt. q̃nq̃ caricis ꝑ ſingulos di/
es ſuſtentabat̃. Hec incredibilia videntur
his q̃ nõ crediderũt oĩa poſſibilia eſſe cre/
dẽtibꝫ. y ¶ Sed ut ad id redeã vñ di/
greſſus ſum. cũ iã. cxiij. etatis ſue ãno be/
atus Paulus celeſtẽ vitã in terris ageret
⁊ nonagenariuſ in alia ſolitudine morarẽt
Anthoni⁹ ut ipe aſſerere ſolebat. hec in mẽ
tẽ ei⁹ cogitatio incidit. nullũ intra ſe meli
orẽ monachoꝝ in heremo ↄſediſſe. Atq̃ il
li ꝑ noctẽ q̇ẽſcenti reuelatũ eſt eſſe aliũ inte
rius multo ſe meliorẽ. ad quẽ videndũ de/
beret ꝓperare. Ilico erumpente luce vene/
rabilis ſenex infirmos artuſ baculo regẽte
ſuſtentans cepit ire velle quo neſciebat. Et
iã media dieſ coq̃nte deſuper ſole feruebat
nec tamẽ a cepto itinere deducebat̃ dicẽs.
Credo in deũ meũ. q̄ ſuũ ſuũ quẽ mihi ꝓ
miſit oñdet. Nec pl̃a his interea cõſpicat̃
hoĩeʒ eq̃ mixtũ. cui opinio poetaꝝ cẽtauri
vocabulũ indidit. Quo viſo ſalutaris im/
ꝑ̃ſſiõe ſigni armat frõtẽ. Et heus tyro inq̇t
q̃ nã in ꝑte dei fu⁹ hic hitat. At ille barba/
rũ neſcio qd infrẽdẽs ⁊ frãgẽs potius vba
q̃ꝫ ꝓloq̃nſ int̃ horrẽtia ora ſat̃ blãdũ q̃ſiuit
alloquiũ. ⁊ cũ dextre man⁹ ꝓtẽſiõe cupitũ
indicat iter. ac ſic ꝑ patẽtes cãpos volitãdo
trãſmittẽs ſe in fugã ex ocul' mirãtꝭ euanu
it. Uez h̃ vtrũ dyabol⁹ ad terrendũ eũ ſi/
mulauerit. an ut ſolꝫ heremi⁹ mõſtruoſorũ
ferax aĩaliũ iſtã q̃ꝫ gignat beſtiã incertũ ha
bem⁹. ¶ Stupẽs itaq̃ Anthoni⁹ ⁊ de eo
qď viderat ſecũ voluẽs vlteri⁹ ꝓgredieba
tur. Nec mora inter ſaxoſam ↄuallẽ haud
grãdem homũculũ vidꝫ. aduncis naribus
frõte cornibus aſꝑata. cui⁹ extrema ꝑs cor
ꝑis in caprarũ pedes deſinebat. Ad h̃ ſpe/
ctaculũ Anthoni⁹ ſcutũ fidei ⁊ loricã ſpei
bonus ꝑ̃liator arripuit. nihilomin⁹ memo
ratũ aĩal palmarũ fruct⁹ eidẽ ad viaticũ
q̃ſi pacis obſides offerebat. Quo ↄgnito
gdũ ꝑ̃ſſit Anthoni⁹. ⁊ q̃ſnã eſſet interrogãſ
h̃ ab eo rñſum accepit. Mortalis ego ſuꝫ.
⁊ vn⁹ ex accolis heremi. q̃s vario deluſa
errore gẽtilitas faunos ⁊ ſatyros ⁊ incuboſ
colit. legatõne fungor gregis mei. Preca/
mur ut ꝓ nobis cõmunem dominũ depre
ceris quẽ ꝓ ſalute mundi olim veniſſe ↄgno
uimus. nã in vniuerſam terrã exiuit ſonuſ
eorum. Talia eo loquente longeu⁹ viator
vbertim lacrimis faciem rigabat quas ma
gnitudo leticie indices cordis effuderat.
Gaudebat quippe de chriſti gloria et de in
teritu ſathane. ſimulq̃ ammirans qď eius
poſſet intelligere ſermonẽ. et baculum hu
mo ꝑcutiẽs aiebat. Ue tibi alexãdria q̃ ꝓ
deo portẽta venerarĩ. ve tibi ciuitas meretꝛ

in quam totius orbis demonio cõfluxere.
Quid nũc dictura es. Beſtie xp̄m loquũ
tur. et tu ꝓ deo portẽta venerari. Nec dũ
v̾ba ↄpleuerat. et q̄ſi pennigero volatu pe
tulcũ aĩal aufugit. hoc ne cui ad incredulí-
tatẽ ſcrupulũ moueat. ſub rege ↄſtantino
vniuerſo mũdo teſte defendit̄. Nã ad ale-
xandriã iſtiuſmodi hõ viuus ꝑductus ma
gnũ ꝓplo ſpectaculũ p̄buit. ⁊ poſtea ne cada
uer exanime calore eſtatis diſſiparet̄. ſale
infuſum ad anthiochiã vt ab imꝑatore vi
deret̄ allatũ eſt. Z Sed ut ꝓpoſitum
ꝓſequar. Anthoniuſ cepta regione ꝑgebat
ferarũ tantũ veſtigia intuẽs ⁊ heremi latã
vaſtitatẽ. qd ageret: q̄ v̾teret gradũ neſcie-
bat. Iam altera fluxerat dieſ reſtabat vnũ
vt deſeri ſe a xp̄o nõ poſſe ↄſideret. Perſe-
uerãs ſcõas in orõe exigit tenebras. et ſub
dubia adhuc luce: nõ longe intuet̄ lupã ſi-
tis ardoribus anhelantẽ ad radices mõtiſ
irrepe. Quã ſecutus oculis. ⁊ iuxta ſpelũ-
cam cũ fera abiſſet accedens cepit introſpi
cere nihil curioſitate ꝓficiẽte tenebris ar
cẽtibus viſum. Verũ vt ſcriptura ait ꝑ-
fecta dilectio foras mittit timorẽ. ſuſpenſo
gradu et ãhelitu ꝑpato callidus explorator
ingreſſus eſt. ac paulatim p̄grediens ſepi-
uſqꝫ ſubſiſtens ſonũ aure captabat. Tãdẽ
ꝑ cece noctis horrorẽ ꝓcul lumẽ intuitus
dũ auidius ꝓperat. offenſo pede lapidẽ in
ſtrepitũ cõcitabat. Poſt cuiꝰ ſonitũ btũs
Paulus oſtiũ qđ patebat claudens ſera
obfirmauit. Tunc v̾o anthonius p̄ foribuſ
corruens vſqꝫ ad ſextã et eo ampliꝰ horaꝫ
aditũ p̄cabat̄ dicẽſ. Quis ſim. vnde ⁊ cur
venerim noſti. Scio me nõ mereri ↄſpectũ
tuum. tamẽ niſi videro nõ recedã. Qui be
ſtias ſuſcipis hoĩeꝫ cur repellis. Queſiui
⁊ inueni. pulſo ut aꝑiatur mihi Qđ ſi non
impetro. hic moriar ante poſtes tuos. cer-
te ſepelies vel cadauer meũ. Talia p̄ſtabat
memorãs: fixuſqꝫ manebat. Ad quẽ rñſũ
paulus ita reddidit. Heros. nemo ſic petit
ut minet̄. Nemo cũ lacrimis calũniã facit
⁊ minaris. ſi nõ recipiã te tu moriturꝰ ad-
ueneris. Sic arridens patefecit ingreſſum
Quo apto dũ in mutuos miſcerent̄ ãple-
xus. ꝓpriis ſe ſalutare ceperũt nominꝰ. gr̄ie
dño in ↄmune ab eis referunt̄. Et pꝰ ſan-
ctũ oſculum reſidens paulus cũ Anthonio
ita exorſus eſt. En quem tãto labore q̄ſiſti
putribꝫ ſenectute mẽbris operit inculta ca
nicies. En vides homiem in puluerẽ mox
futurũ. Verũ q̄ꝛ charitas oĩa ſuſtinet. nar
ra mihi q̄ſo quõ ſeſe hoĩm genuſ habeat an
in antiquis vrbibus noua tecta ↄſurgant
quo mundus regat̄ imperio. an ſuꝑſint ali
qui qui demonũ errore decipiunt̄. In-
ter has ſermocinatõẽs ſuſpiciũt alitẽ cor-
uum in ramo arboris conſediſſe. q̄ inde le-
niter ſubuolans. integrũ paneꝫ ante mirã-
tium ora depoſuit. Poſt cuiꝰ abſceſſũ eya
inquit paulus dñs nobis prandium miſit
Vere pius v̾e miſericors. Sexagita iam
anni ſunt ꝙ dimidii ſemꝑ panis fragmen
ta accepi. verũ ad aduentũ tuũ militibꝫ ſu-
is xp̄s duplicauit annonã. Igit̄ in deũ gr̄a
rũ actõne celebrata. ſuꝑ vitrei fontis mar-
ginẽ vterqꝫ ↄſedit. Hinc v̾o q̄s frangeret
panẽ aborta ↄtentio pene diẽ duxit in ve-
ſperum. paulus more cogebat hoſpitii An
thonius iure refellebat etatis. Tandẽ cõ-
ſilii fuit ut apprehenſo e regione pane duꝫ
ad ſe quiſqꝫ nitit̄ pars ſua remãſit in mani
bus. Dehinc paululũ aque ꝓni i fonte ore
libarũt. ⁊ immolãtes deo ſacrificiũ laudis
noctẽ trãſegere vigiliis. Cũqꝫ iã eſſet ter-
tis redditus dies. btũs Paulꝰ ad antho-
niũ ſic locutus eſt. Olim te frater in iſtis
regionibꝫ habitare ſciebã: olim ↄſeruũ me
um mihi ꝓmiſerat dñs. Sed quia iã dor-
mitiõis tꝑuſ aduenit. et qđ ſemꝑ cupieraꝫ
diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o ꝑacto curſu ſuꝑeſt
mihi corona iuſticie. Tu miſſus a dño es
q̄ humo corpuſculũ tegas. imo terrã terre
reddas. His anthoniꝰ auditis: flẽs et ge-
mens ne ſe deſereret: atqꝫ vt comitẽ talis
itineris acciꝑet p̄cabat̄. Et ille. Nõ debes
inq̄t q̄rere que tua ſunt. ſꝫ que aliena. Ex-
pedit q̄dẽ tibi ſarcina carnis abiecta ꝯgnũ
ſequi. Sed et ceteris expedit fratribus: vt
tuo adhuc inſtituantur exemplo. Quam-
obrem perge queſo. niſi moleſtũ eſt. ⁊ pal-
lium quod tibi Athanaſius epiſcopus de-
dit ad obuoluendum corpuſculum meum
defer huc. Hoc autem beatus Paulus

rogauit. nō ꝙ magnopere curarꝫ vtrū tectū
putreſceret cadauer an nuduꝫ. q̄ppe q̄ tāti
tp̄is ſpacio ꝯtextis palmarꝫ folijs veſtieba
tur. ſꝫ ut a ſe recedēti meror ſue mortis al-
leuiaret. ¶ Stupefactus anthonī⁹ qđ de
athanaſio ⁊ de pallio ei⁹ audierat q̄ſi xp̄m ī
paulo videns. ⁊ in pectore ei⁹ deū venerāſ
vltra rn̄dere nihil auſus eſt. ſed cū ſilētio
lacrimās. exoſculatis ei⁹ oculis manibuſ
q̄ȝ ad monaſteriū qđ poſtea a ſaracenis oc
cupatū eſt regrediebat̄. Nec̄ȝ vero greſſus
ſeq̄bant̄ animū. ſed cū corp⁹ inane ieiunijs
ſeniles etiā anni frāgerent aīo vicebat eta
tem. Tandē defatigatus ⁊ anhelās ad ha-
bitaculū ſuū ꝯfecto itinere ꝑuenit. Cui cuꝫ
duo diſcipuli q̄ ei iā lōgeuo miſtrare cepe-
rant occurriſſent dicētes. Ubi tādiu mora
tus es p̄r. Rn̄dit. Ue mihi pctōri q̄ falſuꝫ
monachi nomē fero. Uidi helyā ⁊ Johā-
nem in deſerto. ⁊ vere in paradiſo Paulū vi
di. Ac ſic ore ꝯpſſo ⁊ manu verberās pectuſ
a cellula pallium ꝓtulit. Rogātibuſq̄ȝ di-
ſcipulis. ut pleni⁹ q̄dnā eſſet rei exponeret
ait. Tp̄us loq̄ndi et tēpus tacēdi. Tūc e-
greſſus foras. et nec modicū q̄dem cibi ſu-
mēs ꝑ viā qua venerat regrediebat̄. Illū
ſitiēs. illū videre deſiderās. illū oculis ac
mēte ꝯplectēs. timebat eīn qđ euenit. ne ſe
abſente debitū xp̄o ſpiritū redderet. Cūq̄ȝ
iā dies illuxiſſet alia. ⁊ trium horarꝫ ſpacio
iter remaneret vidit inter āgelorꝫ cateruaſ
⁊ inter ꝓphetarū et ap̄lorum choros niueo
Paulū cādore fulgentē in ſublime ꝯſcen
dere. Et ſtatim in faciē ꝓcidens ſabulū ca
piti ſuo ſuꝑiaciebat: plorās atq̄ȝ eiulans.
Cur me inq̄t paule dimittis. cur abis inſa
lutatus. Tam tarde notus ēȝ cito recedis
Referebatq̄ȝ poſtea btūs Anthonī⁹ tanta
ſe velocitate qđ reliquū erat vie cucurriſſe
vt ad inſtar auis ꝑuolaret. Nec immerito
Nā introgreſſus ſpeluncā vidit genib⁹ cō
plicatis: erecta ceruice. extēſiſq̄ȝ manib⁹
in altū corpus exanime ac primū ⁊ ip̄e vi-
uere eū credens pariter orabat. Poſtq̄ȝ vero
nulla ut ſolebat ſuſpiria p̄cantis audiuit in
flebile oſculū ruens: intellexit ꝙ etiā cada
uer ſancti viri deū cui oīa viuūt officio ge
ſtus precaret̄. ¶ Igitur obuoluto ⁊ pla-
to foras corꝑore: pſalmis quoq̄ȝ ex xp̄iana
traditōne cantatis. ꝯtriſtabat̄ Anthoniuſ
ꝙ ſarculū quo terrā foderet nō habebat.
Fluctuans vario mentis eſtu et ſecū mul-
ta replicās: ſi ad monaſteriū reuertar qua
dridui iter eſt. ſi hic maneam nihil vltra ꝓ
ficiā. Moriar ergo ut dignū eſt. ⁊ iuxta bel
latorē tuū xp̄e ruēs extremū alitū fundaꝫ.
Talia eo aīo voluēte ecce leones duo ex in
terioris heremi ꝑte ꝯcurrētes volātib⁹ ꝑ
colla iubis ferebant̄. Quib⁹ aſpectꝫ primo
exhorruit. rurſuſq̄ȝ ad deū mentē referens
quaſi colūbas videret māſit intrepid⁹. Et
illi q̄dem directo curſu ad cadauer btī ſe-
nis ſubſtiterunt. adulantibuſq̄ȝ caudis cir
ca eius pedes accubuere. fremitu ingenti
rugientes ꝓrſus ut intelligeret eos plāge-
re quō poterant. Deinde haud ꝓcul cepe-
rūt humū pedib⁹ ſcabere. arenāq̄ȝ certatim
egerētes vnius hoīs capacē locū effodere.
⁊ ſtatim quaſi mercedē ꝓ ope poſtulaturi
cū motu auriū ceruice deiecta ad anthoniū
ꝑrexerūt. manus eius pedeſq̄ȝ lingentes.
vt ille animaduerteret bn̄dictōnem eos a
ſe depcari. Nec mora in laudatōe xp̄i effu
ſus ꝙ eum muta quoq̄ȝ aīalia ſentirēt ait.
Domine ſine cuius nutu nec foliū arboris
defluit. nec vnuſ paſſer ad terrā cadit da il
lis ſicut tu ſcis. Et manu annuēs vt abirēt
imꝑauit. Cumq̄ȝ illi receſſiſſent ſancti cor-
pis oneri ſeniles curuauit humeros. ⁊ de
poſito eo in foſſam deſuꝑ humū ꝯgregans
tumulū ex more cōpoſuit. Poſtq̄ȝ autē di
es illuxerat alia. nequid piuſ heres ex inte
ſtatis bonis nō poſſideret. tunicā eius ſibi
vendicauit. quā in ſportarꝫ modū de palme
folijs ſibi ip̄e contexuerat. Ac ſic ad mona
ſteriū reuerſus. diſcipulis ex ordine cūcta
replicauit. diebuſq̄ȝ ſolēnibus paſche vel
penthecoſtes ſp Pauli tunica veſtit⁹ eſt
¶ Libet in fine opuſculi interrogare eoſ q̄
patrimonia ſua ignorāt: q̄ domos marmo
rib⁹ veſtiunt. q̄ vno lino villarū inſuunt p̄-
dia. huic ſeni nudo q̄d vnq̄ȝ defuerit. Uoſ
ex gēma bibitis. ille vero cauis manibus ſa
tiſfecit nature. Uos in tunicis aurū texitꝫ
ille nec viliſſimi q̄dē vrī mācipij indumē-
tum habuit. Sed ecōtrario illi pauꝑculo

paradiſus patet. vos auratos gehenna ſu-
ſcipiet. Ille xp̄i veſtem licet nudus ſerua-
uit. vos veſtiti ſericis indumentū xp̄i ꝑdi-
diſtis. Paulus viliſſimo optus puluere
iacet reſurrecturus in gloriā. vos operoſis
ſaxis ſepulcra p̄munt cū veſtris opib⁹ for-
taſſis arſuros. Parcite queſo vos. parcite
ſaltim diuitijs quas amatis. Cur mortuoſ
vr̄os auratis obuoluitis veſtibuſ. Cur am
bitio inter luctus lacrimaſq; nō ceſſat. an
cadauera diuitū niſi in ſerico putreſcere
neſciunt. Obſecro quicūq; hec legeris: vt
Hieronimi peccatoris memineris. cui ſi
dominus optiōem daret multo magis eli-
geret tunicā Pauli cū meritis eius: q̄ re-
gum purpuras cū regnis ſuis.

Finit vita btī Pauli primi heremite.

# Incipit prologuſ

Euagrij p̄ſbiteri ad Innocentiū ep̄m in
vitā beati Anthonij abbatis.

PResbiter Euagrius Innocētio
charisſimo filio in dn̄o ſalutē. Ex a-
lia ī aliā linguā ad v̄bū exp̄ſſa trāſ
latio ſenſus opit. et veluti letū gramen ſata
ſtrāgulat. Dum eñi caſibus et figuris ſer-
uit oratio. qd̄ breui poterat indicari ſmōe
longo ambitu circūacta vix explicat. Hoc
igit̄ ego vitans. vitā beati Anthonij te pe-
tente trāſpoſui. ita ut nihil deſit ex ſenſu cū
aliquid deſit ex v̄bis. Alij ſillabas aucupē
tur et lr̄as. tu quere ſententiā.

Incipit p̄fatio Athanaſij ep̄i in
vitā ſancti Anthonij monachi.

ATHanaſius ep̄us ad ꝑegrīos mo
nachos. Optimū fratres inijſtis
certamen. aut equāri egiptijs mo
nachis aut ſuꝑare nitentes v̄tutis inſtan
tia. Etenim apud vos iam plura ſūt mo-
naſteria. monachorū q̄ȝ nomē eſt celebre.
et hanc voluntatē nr̄am iuſte q̄ſq; mirabit̄.
Orantibuſq; nobis optatū de⁹ tribuet ef-
fectū. Quoniā igit̄ exegiſtis a me vt vob
ſcriberem de ꝯuerſatōe ſancti Anthonij. vo
lentibus diſcere queādmodū ceperit q̄ ve
fuerit ante ſanctū ꝓpoſitū qualē etiā habu
erit terminū vite. et ſi vera ſunt ea que de

ipo ſama diſꝑſit. ut ad eius emulatōem at
q; exemplū vos inſtituere poſſitis. magna
cum leticia ſuſcepi vr̄e charitatis imperiū.
et mihi enim ingēs lucrū eſt atq; vtilitas.
hoc ip̄m qd̄ recordor Anthonij vos cū ām̄i
ratōe audientes ſcio eius ꝓpoſitū cupere
ſectari. Perfecta eſt ſiq̄dē ad virtutē via
anthoniū ſcire quis fuerit. Ergo ut breui-
ter dicam ex om̄ib⁹ que de eo referentū ſer-
mo iactauit credite. et minima vos exiſtia-
te audiſſe de maximis. q2 nō ambigo nec e-
os oīa potuiſſe ꝯgnoſcere. Cū et ego roga-
tus a vobis q̄ntacunq; ꝑ ep̄lam ſignifica-
uero non eq̄lia ſim ei⁹ meritis narraturus
Sed et vos omnes hinc nauigātes ſtudio-
ſe ꝑcūctamini quo ſingulis q̄ norūt referē-
tibus ꝯgrua dignaq; tāti noīs relatio cō-
pleat̄. Diſponebā itaq; poſt lectionē lr̄arū
veſtrarū aliquos ad me monachos inuita-
re. et maxime eos qui crebro ad eū ire con-
ſueuerant. ut plenius aliq̄d addiſcens. mu
nera vobis maiora trāſmitterē. Sed q̄m̄
et nauigatōis tp̄a labebant̄ et lr̄arū portitor
vehementiſſime feſtinabat. ideo ea q̄ et ip̄e
nouerā. freq̄nter eñi eū iam viſitaui. et que
ab eo didici q̄ ad p̄hendam ei aquā nō pau
lulū tp̄is cū eo feci: dilectōni vr̄e indicare
ꝓperaui. vtrobiq; curā v̄itatis habēs ut ne
q; plus aliq̄s audiens miraculorū ꝯgeſti-
onem nō credat. nec rurſus meritis ei⁹ in-
feriora ꝯgnoſcens nō putet dignū eſſe mi
raculo ꝓ tanti nominis viro.

Explicit ꝓlogus.

# Incipit vita ſancti

Anthonij abbat̄. ab Athanaſio epiſcopo
alexandrino ꝯſcripta. Et ab Euagrio p̄ſ-
bitero e greco in latinū trāſlata. atq; a bea
to Hieronimo huic libro inſerta

IGit̄ Anthoni⁹ nobilib⁹ religioſiſ
q; ꝑentib⁹ nat⁹ ī egipto oriūd⁹ fu-
it. tāta ſuorū et ſua nutrit⁹ cura: vt
nihil aliud p̄ter ꝑentes domūq; ꝯgſceret.
Et cū iā puer eſſȝ nō ſe lr̄is erudiri. nō in-
eptis infantiū iūgi paſſus ē fabulis. ſȝ dei
deſiderio flagrās ſm̄ qd̄ ſcriptū eſt inocē
ter habitabat domi. Ad eccl̄iam q̄ȝ cū ꝑen
tibus ſepe ꝯueniēs. nec infantū laſciuias:

nec puerorū negligentiā ſectabat᷑.ſed tātū
ea que legebant᷑ auſcultās.vtilitatē prece
ptorū vite inſtitutōe ſeruabat.Non ſuis
vt ſolet illa etas iniurioſus.ꝑ varijs ⁊ deli
catis cibis vnq̄ȝ tedio fuit.nō eſce mollio-
ris blādimēta ſectatus eſt. his ſolū q̄ da-
bantur cōtentus nihil ampliꝰ requiſiuit.
¶Poſt mortē aūt parentū annorū circit᷑ de
cē ⁊ octo ſeu viginti cū ſorore admodū p-
uula derelictus eſt.et domus ⁊ ſororis ho-
neſtā curā gerebat.Nec dū vero ſex fluxe-
rant mēſes quibus ad eccleſiā vt ſolebat ac
currēs:recordabat᷑ quō et apl'i omībus ſpre
tis ſecuti fuiſſent ſaluatorē.⁊ multi ut legi
tur in actibus aplorū facultatibus ſuis vendi-
tis p̄cia ad pedes illorū detuliſſent:egentibus
ptienda.q̄ vero aūt quanta ſpes hiſdem repo
ſita eſſet in celis.Talia ſecū voluēs intra-
uit eccl'iam.⁊ accidit vt tunc euangeliū le-
geret᷑ in quo dñs dicit ad diuitē.Si vis p
fectus eſſe vade ⁊ vende oīa tua quecunq̄ȝ
habes ⁊ da pauperibus:⁊ veni ſeq̄re me:⁊ ha
bebis theſaurū in celo.Quo audito q̄ſi di-
uinitus hmōi ante memoriā ꝯcepiſſet ⁊ ve
luti ꝓpter ſe hec eſſet ſcriptura recitata.ad
ſe dñicū traxit imperiū. ſtatimq̄ȝ egreſſus
poſſeſſionē quā habebat dimiſit. Hure aūt
erant trecente iugeres ⁊ valde optimi: q̄s
vicinis largitus ē.ne in aliquo aut ſibi aut
ſorori moleſtia gigneret᷑.Cetera vero q̄ i mo
bilibus poſſidebat vniuerſa vendidit.⁊ ag-
gregato nō exiguo p̄cio indigentibus de-
dit.paruis ob ſororē reſeruatis:que ⁊ ſexu
⁊ etate videbat᷑ infirmior. ¶Rurſus aūt
eccl'iam ingreſſus: cū audiſſet dñm in euā
gelio dicētē.nolite cogitare de craſtino.re
lictam q̄ȝ portōem pauperibus diſtribuit.ne-
q̄ȝ ſe verſari paſſus eſt domi.ſed ſorore fide-
libus ac notis virginibus cōmendata:ut ad ea
rum nutriret᷑ exemplū ipſe iam omībꝰ ſecu
li vinculis liber:aſperū atq̄ȝ arduū arripu
it inſtitutū.Nec dum aūt tā crebra erāt in
egipto mōaſteria.neq̄ȝ omīno quiſq̄ȝ anīā
ſolitudinē nouerat.et q̄cunq̄ȝ in xp̄i ſeruitu
te ſibimetipſi ꝓdeſſe cupiebat nō lōge a ſua
villula ſeparatus inſtituebat᷑. ¶Erat igit᷑ i
agello vicino ſenex q̄dam vitā ſolitariā a
prima ſectatus etate,hūc Anthonius cum
vidiſſet emulatus eſt ad bonū Et primo q̄-
dem incipiens etiam ipſe in locis paululum
a villa remotioribus manebat. exinde autē
ſi quem vigilantē in hoc ſtudio compere-
rat ꝓcedens querebat ut apis prudentiſſi
ma.nec ad habitaculū ſuū ante remeabat
niſi eius quem cupiebat frueret᷑ aſpectibꝰ.
⁊ ſic tanq̄ȝ munere mellis accepto abibat
ad ſua tali ibidem inſtitutus exordio.Cū
q̄ȝ p dies ſingulos ita animū roboraret:
vt nec opū paternarū: nec ſuorū meminiſſet
affiniū.omne etiā deſideriū et ſolicitudinē
erga id quod ceperat exerceret.operabat᷑ ma
nibus ſuis:ſciens ſcriptū eſſe.qui nō opa
tur nō māducet.Mercedem ſane opis ſui
p̄cio panis excepto egentibus largiebatur
orabat frequenter quippe qui didicerat q
oporteret ſine intermiſſione dominū roga-
re.Auditioni etiā ſcripturarū ita ſtudium
ꝯmendabat. ut nihil ex eius animo labere
tur. ſed vniuerſa dñi p̄cepta cuſtodiens.
memoriā ꝓ libris haberet. Sic ſuā vitā
inſtituens.ab vniuerſis fratribus puro di
ligebat᷑ affectu.et omnibus ad quos ſpiri-
tali ſtudio diſcēdi pgebat obediēs ꝓprias
ſingulorū grās hauriebat.Huius ꝯtinenti
am:iocunditatem illiꝰ ſectabatur.iſtiꝰ le-
nitatem.illius vigilias: alterius legēdi e-
mulabat᷑ induſtriam.Iſtum ieiunantē:il-
lū humi q̄eſcentē mirabat᷑. Alteriꝰ patien
tiam:alterius manſuetudinē predicabat.
Oīm quoq̄ȝ vicariā erga ſe retinēs chari-
tatem:atq̄ȝ vniuerſis virtutū ptibꝰ irriga
tus ad ſedē ꝓpriā regrediebat᷑. Ibi ſecū v-
niuerſa ptractans oīm in ſe bona nitebatur
exprimere. Neq̄ȝ vero aduerſum coeuos
aliq̄ñ mouebat᷑.ſed ea tantū flāma egregio
viro creſcebat in pectore.ne ſecundus cui-
q̄ȝ in p̄dictis opibus inueniretur. Et h' ita
faciebat.ut cum omnes gloria anteiret oī-
bus tamē charus eſſet. Nam ⁊ vicini mo
nachi ad quos ſepe veniebat Anthoniū vi-
dētes:deicolā nūcupabāt indulciſq̄ȝ natu-
re vocabul'. q̄dā ut filiū.alij ut frēȝ dilige-
bāt. ¶ ¶Dū hec gereret Anthoniꝰ q̄-
bus oīm in ſe ꝓuocaret affectū.inimicꝰ no-
mis xp̄iani dyabolꝰ impatiēter ferens tan-
tas in adoleſcente virtutes.veteranis cum

aggreſſus eſt fraudibus. et primo quidem
temptãs. ſi quo mõ poſſet ab arrepto eũ in
ſtituto d̃trahere. Immittebat ei memoriã
poſſeſſionũ. ſororis defenſionẽ. generꝫ no/
bilitatẽ. amorẽ rerũ. fluxam ſeculi gloriam
eſce variã delectatiõem. ⁊ reliqua vite re/
miſſioris blãdimenta. poſtremo ꝟtutꝫ ar/
duũ finẽ. ⁊ maximũ ꝑueniendi laborẽ. nec
nõ corꝑis fragilitatẽ ſuggerebat et etatis
ſpacia ꝓlixa. ꝓrſus maximã ei cogitatio/
num caliginẽ ſuſcitabat volẽs eũ a recto ꝓ
poſito reuocare. ¶ Poſtq̄ʒ aũt dyabolus
orõibus eius ad deũ ꝑ paſſionis fidem ſe
intellexit elidi. ꝯſueta aduerſum oẽs ado/
leſcentes arma arripiens nocturnis eũ in
quietabat illecebris. Per dies etiã tã ap/
tis in eum telis irruebat vt nullus ambige
ret. quin Anthonius ꝯtra dyabolũ dimi/
caret. Nam et ille cogitatões ſordidas co
nabatur inſerere. ⁊ hic eas oratu ſubmoue
bat aſſiduo. Ille titillabat ſenſus naturali
carnis ardore. hic vigilijs ⁊ ieiunijs corp⁹
oẽ vallabat. Ille ꝑ noctes ĩ pulcre mulierꝫ
ꝟtebatur ornatũ. nulla omittens figmẽta
laſciuie. hic vltrices gehenne flãmas ⁊ do
lorẽ vermis recordans ingeſte ſibi libidi/
ni opponebat. Ille lubricũ adoleſcẽtie iter
⁊ ad ruinã facile ꝓponebat. hic eterna fu/
turi iudicij tormẽta ꝯſiderans: illeſam aĩe
puritatẽ ꝑ temptamẽta ſ͛uabat. Iſta aũt
oĩa ad ꝯfuſionẽ dyaboli fiebãt. Qui eñ ſi
milẽ ſe deo fieri poſſe exiſtimabat. nũc ab
adoleſcẽte vt miſerrimus vincebat͛. ⁊ qui
ꝯtra carnẽ ⁊ ſanguinẽ ſeuiebat ab hoĩe qui
carnẽ portabat eliſus eſt. Adiuuabat eniꝫ
ſeruũ ſuum dñs qui nr̃i grã carnẽ ſuſcipi/
ens victoriã corꝑi ꝯtra dyabolũ largit⁹ ẽ.
vt ſingulis ita certantib⁹ apl'icũ liceret ꝓ/
ferre ſermonẽ. nõ ego aũt ſed grã dei mecũ
¶ Poſtremo cũ nec hͦ argumẽto deſtrue/
re poſſet anthoniũ draco teterrimus. ⁊ vi/
deret ſe ſemꝑ ab eius cogitatõibus ſuꝑari
ſm̃ qđ ſcriptũ eſt. ſtridens dentib⁹ ⁊ exulu
lans q̃lis eſt merito talis apparebat et vul
tu. puer horrid⁹ atq̄ʒ niger ad ei⁹ ſe genua
ꝓuoluẽs hũana voce deflebat dicẽs. Mul
tos ſeduxi. plĩmos decepi. nũc aũt vt a ce/
teris ſanctis ita ⁊ tuo ſum labore ꝓſtratus

Quem cũ interrogaſſet Anthoni⁹ quiſnã
eſſet q̃ talia loqueret͛: ait. Ego ſuꝫ fornica/
tionis amicus. ego multimoda turpitudi/
nis aduerſum adoleſcentes arma ſuſcepi.
hinc et ſpũs fornicatõnis vocor. Quantos
pudice viuere diſponẽtes fefelli. quot tenu
iter incipiẽtes ad ſordes priſtinas redire ꝑ
ſuaſi. Ego ſum ꝓpter quẽ ꝓpheta lapſos ĩ/
crepat dicens. Spiritu fornicatõis ſeducti
eſtis. ⁊ reuera ꝑ me illi fuerãt ſupplantati.
Ego ſum qui teipm̃ ſepe tẽptaui: ⁊ ſemꝑ re
pulſus ſum. Cũ h' xp̃i miles audiſſet grãs
agens deo. et largiore aduerſus inimicũ cõ
fortatus audacia ait. Multũ ergo deſpica/
bilis. multũq̄ʒ ꝯtẽptus es. nã ⁊ obſcuritas
tua ⁊ etas infirmarũ ſigna ſũt et rerũ. Nul
la mihi iã de te cura eſt. Dñs mihi auxili
ator eſt. et ego exultabo ſuꝑ inimicos meos
Et ſtatim ad vocem canẽtis: fantaſma qđ
videbat͛ euanuit. ¶ Hec aũt Anthonij
cõtra dyabolũ fuit prima victoria. imo ꝟ/
tus ĩ Anthonio ſaluatoris: q̃ peccatũ ĩ car
ne ꝯdemnauit. ut iuſtificatio legis in nobis
compleret͛. quia nõ ſm̃ carnẽ ambulamus
ſed ſm̃ ſpiritũ. Sed neq̄ʒ Anthonio vincẽ
di ſecuritatẽ dedit vnus triũphus. nec dy
aboli ſemel fracte defecere vires. Nã ⁊ iſte
vt leo rugiẽs q̃rebat aditũ ꝑ quẽ poſſet ir/
rumpere. et ille ſcripturarũ doctus eloquio
nõ ignorabat multas eſſe demonũ captões
Propter qđ ſolerti ꝓpoſitũ labore ſerua/
bat cõſiderans quia poſſet ſathanas ĩ car/
nis colluctatõe ſuꝑatus: nouarũ aduerſus
ſe artiũ machinas ꝯmouere. Idcirco ma/
gis ac magis ſubiugabat corpus ſuũ ne vi
cens alia: in alijs vinceret͛. D Diſ
ponẽs igit͛ duriori ſe vite lege cõſtringere
cũ omnes infatigabilẽ adoleſcẽtis mirarẽ
tur inſtantiã. ſanctũ tolerãter ferebat labo
rem. quia voluntarie ſeruitutis lõgo in dei
oꝑe ſtudio ꝯſuetudinẽ in naturã vertebat.
Inedie aũt ⁊ vigiliaꝝ intm̃ patiẽs erãt ut
pl⁹ facerꝫ q̄ʒ ab vllo ꝑ illũ poſſe fieri crede/
ret͛. Pernoctabat ĩ orõe ſepiſſime. edebat
ſel'i die p⁹ ſol' occaſuꝫ. Nõ nũq̄ʒ biduo tri
duoq̄ʒ ſic ꝑmanẽs. vt vix q̃rta demuꝫ die
cibũ vellet accipe. Sumebat vero panem
et ſalem. potũq̄ʒ aque ꝑuuluꝫ. de carnibus

vero et vino melius tacere puto q̄ꝫ quicꝙ̄
dicere.q̄m nec apud plīmos q̄dem mona⸗
chorū iſtiuſmodi eſce in vſu habebantur.
Quieti aūt ſic mēbra ꝯcedens.ut iūco cō⸗
texto atq̄ꝫ cilicio vteret̄.Nōnunq̄ꝫ etiā ſu⸗
pra nudū humi iacens ſine ſtramine ꝑma
nebat: vnguenta penitus repudiās.Dice⸗
bat enim mīme poſſe vtentiū ⁊ p̄cipue iu⸗
uenū corꝑa roborari ſi olei eſſent ꝑunctiōe
mollita.oportere ꝗ̄o aſperos carni labores
imꝑare.ſm apl̄i p̄ceptū dicentis.q̄n infir⸗
mor tūc fortior ſum.Aſſerebatq̄ꝫ ſenſū ani
mi ſic poſſe reuiuiſcere ſi corꝑis fuiſſent i⸗
petus fatigati.Uñ nec tēporū longitudine
laborū merita p̄ēſabat.ſed amore ⁊ famula
tu ſpōtaneo ſemꝑ tanq̄ꝫ in p̄ncipijs ꝯſtitu
tus ad ꝑfectū diuini metus deſideriū cō⸗
citabat.Nouiſq̄ꝫ cupiēs augere p̄terita ſu
pra memorati doctoris ſermonū recorda⸗
bat̄ qui ait.Preterita obliuiſcēs: ⁊ ī fu⸗
turū ꝯualeſcens.Meminerat quoq̄ꝫ helye
ꝓphete dicētis.Uiuit dn̄s cui aſto hodie
ante ipm̄.et diſſerebat cur hodie eſſꝫ appo
ſitum.q2 nō ꝯputabat helyas p̄teritū tem
pus.ſed tanq̄ꝫ q̄tidie in certamīe ꝯſtitutus
talē ſe p̄bere cupiebat qualē ſciebat dignū
dei eſſe ꝯſpectibus purū corde ⁊ ꝑatū obe⸗
dire volūtati eius. ¶ Igit̄ ſctūs An
thonius ſecū reputās oꝑtere dei famulū
ex inſtituto magni helye exemplū caꝑe.et
ad illud ſpeculū vitā ſuā debere ꝯponere.
ad ſepulcra lōge a villa ꝯſtituta ſeceſſit.vni
de ꝯgnatis mādās ut ſtatutꝭ dieb⁹ ſibi ali
menta deferret.Et cū in vna memoria ſu⸗
pradictus frater eū clauſiſſet: ſol⁹ ibidē mo
rabat̄.Metuēs ḡ dyabolus ne acceſſu ꝑiſ
heremū q̄ꝫ habitari faceret ita ut eū aggre
gatis ſatellitibus ſuiſ varia cede lacerauit
vt doloris magnitudo et motū auferret et
vocē.Nam ⁊ ipe poſtea referebat vulne⸗
ra fuiſſe tam grauia.ut vniuerſa hoīm tor
menta ſuꝑarent.ſed dei ꝓuidētia q̄ nunq̄ꝫ
in ſe ſꝑātib⁹ deeſt ꝯſeruauit eū.Alio die
is quem ſupradixim⁹ frater aduenit cibos
deferēs q̄s ei deferre cōſueuerat.atq̄ꝫ eum
iacentē in terra ſemimortuū fractis forib⁹
inuenit.Quē impoſitū humeris ad villu⸗
le domiciliū r̄ꝑortauit.Quo audito ingēſ
vicinorū atq̄ꝫ affiniū multitudo concurrēſ
triſti in medio poſito funeri debitū redde⸗
bat̄ officiū.Et iam media noctis ꝑte tranſ
greſſa cum iā oꝑtunus et gratus ꝑuigiles
omniū oculos vicerat ſopor.Anthonius
aīa paululū redeunte ſuſpirās eleuauit ca⸗
put.ceteris ꝗ̄o alta quiete ꝓſtratis eū a q̄
delatus fuerat vigilare conſpexit.eūq̄ꝫ nu⸗
tu aduocās obſecrauit ut nullo penitus ex
citato ad priſtinū ſe referret habitaculum.
Relatus ergo iuxta ꝯſuetudinē ſol⁹ iterū
ꝑmanebat. ⁊ ſtare q̄dē ꝓpter recentes pla
gas nō poterat.orās ꝗ̄o ꝓſtratus p⁹ orōēꝫ
clara voce dicebat.Ecce aſſum ego anth
nius nō fugio vr̄a certamina.etiā ſi maio⸗
ra faciatis nullus me ſeparabit a charitate
xp̄i.Pſallebatq̄ꝫ dicēs.Si ꝯſiſtant ad⸗
uerſuꝫ me caſtra nō timebit cor meū.Ta
lia eo dicente bonorū hoſtiſ dyabol⁹ ammi
ratus ꝙ poſt tot ꝗ̄bera auſus fuiſſet reuer
ti.cōgregatis canibus ſuis ⁊ ꝓprio furore
ſe laniās.videtis ait q2 nec ſpū fornicatōiſ
nec corꝑis doloribus ſuꝑatus tā audacter
laceſſit.Oīa arma corripite.acrius nobiſ
impugnand⁹ eſt: ſentiat ſentiat.deb3 ſcire
quos ꝓuocet.Dixit ⁊ ad hortātis vocē au⸗
dientiū turba ꝯſenſit.q2 innumeras et di
uerſas h3 dyabolus artes nocēdi.Sonit⁹
igit̄ repentinus increpuit.ita ut loco fundi
tus agitato.et ꝑietibus patefactis multifa
ria demonū exinde turba ſe funderet.nā ⁊
beſtiarū ⁊ ſerpentū formas induētes omnē
ꝓtinus locū repleuere fantaſijs: leonum:
thaurorū: luporū: aſpidū.ſerpētū: ſcorpio
nū.necnō et pardoꝝ atq̄ꝫ vrſoꝝ.hec ſingu⸗
la ſm ſuam fremebant naturā.Rugiebat
leo occidere volēs.thaurus mugitu ⁊ cor
nibus minabat̄.ſerpētes ſibilo ꝑſonabāt.
lupoꝝ impetus inhiabat.pard⁹ diſcolor au
ctoris ſui calliditates varias indicabat.tru
ces omniū vultus: et vocis horride dirus
auditus.Anthonius flagellatus atq̄ꝫ con
foſſus.ſentiebat quidem aſperiores corꝑis
dolores.ſed interius durabat mente ꝑer⸗
uigili.Et licet gemitū vulnera carnis ex⸗
p̄merent.ſenſu tamen idem manēs qua⸗
ſi de inimicis luderet loq̄batur.Si viriuꝫ
aliquid haberetis ſufficeret vn⁹ ad preliū.

Sed quoniã domino vos eneruante fran-
gimini. multitudine temptatis inferre ter
rores. cũ hoc ipm̃ infirmitatis indiciũ ſit.
ꝙ irrationabiliũ formas induitis beſtiarũ
Rurſumq̃ ↄfidens aiebat. Si q̃d valet;
ſi vobis in me ꝑtãtem dñs dedit. ecce pre-
ſto ſum. deuorate. ſi vero non poteſtis. cur
fruſtra nitimini. Signũ enim crucis ⁊ fi-
des ad dñm inexpugnabilis nobis mur⁹ ẽ
Multa ↄtra ſanctũ anthoniũ minãtes fre-
mebant dentib⁹ ſuis ꝙ nullus eorũ tẽpta-
menta ſequeret̃ effectus. ſ; maxime ecõtra
rio gigneret̃ illuſio ¶ Non oblit⁹ hie
ſus collucratõis ſerui ſui eidem ꝓtector fa
ctus eſt. Deniq̃ cũ eleuaret oculos vidit
deſuꝑ apiri culmen. et deductis tenebris
radiũ ad ſe lucis influere. Poſt cui⁹ ſplẽ-
doris aduentũ: nec demonũ aliq̃s apparu
it. ⁊ corꝑis dolor extimplo deletus ẽ. Edi
ficiũ q̃z qͦd pauloante diſſolutũ fuerat in-
ſtauratu; eſt. Ilico pñtiam dñi intellexit
Anthonius. ⁊ ex imo pectore trahẽs lõga
ſuſpiria ad viſionẽ que ei apparuerat loq̃-
bat̃ dicens. vbi eras bone ihũ: vbi eras.
quare nõ a pricipio affuiſti ut ſanares vul
nera mea. Et vox ad eũ facta eſt. Anthoni
hic erã. ſed expectabã videre certamẽ tuũ
Nũc aũt q: dimicãdo viriliter nõ ceſſiſti.
ſemꝑ auxiliabor tibi. et faciam te in omĩ or
be nominari. His auditis exurgẽs intãtũ
roboratus orabat. ut intelligeret plus ſe re
cepiſſe tũc viriũ q̃ȝ ante ꝑdiderat Erat au
tem tũc Anthonius annorũ trigintaq̃nq̃.
¶ Exhinc cũ voluntate ꝓmpte merita re
ligioſa ſuccreſcerent. vadens ad ſupradi-
ctum ſenez ꝓ̃cabatur vt in deſerto pariter
habitarẽt. Cauſante illo ſenile euum: ⁊ rei
nouitatẽ ſolus ↄtendit ad montẽ. et here-
mi adhuc monachis ignote vite rupto me
tu viam conatus eſt pãdere. Sed nec tũc
ceſſauit malignus aduerſarius. nã impedi
re eius ꝓpoſitũ volẽs: argenteũ diſcũ in iti
nere ꝓiecit. Quo viſo anthonius callidi
artificiſ ↄgnouit aſtutiã. ſtanſq̃ intrepid⁹
⁊ diſcũ toruis intuẽs oculis doli auctore;
in fantaſmate obiurgabat argenti. talia ſe-
cũ reputans. Unde hic in deſerto diſcus.
auiũ hoc iter eſt. nulla ſunt veſtigia ↄmeã-
tiũ. lapſus de ſarcina ꝓ̃ magnitudine latere
nõ potuit. ſed ⁊ q̃ ꝑdiderat reuerſus ob ſo
litudinẽ locoꝝ. inueniſſ; ꝓfecto qͦd ruerat
Hoc artificiũ dyabole tuũ eſt. nõ impedieſ
voluntatẽ meã. argentũ tuũ tecũ ſit in ꝑdi
tõem. Hec illo dicẽte diſcus vt fum⁹ a fa
cie ignis euanuit. ¶ Dehinc non ut
ante in fantaſmate. ſ; ingentẽ auri maſſam
in itinere ↄſpexit. Uerũ hanc vtrũ dyabo-
lus attulerit. an ad Anthoniũ cõprobãdũ
q: nec veris opib⁹ ineſtuaret̃ virtus cele-
ſtis oſtẽderit: ignorat̃. hoc tm̃ agnouimus
quia qͦd viſum ẽ aurũ fuit. At ille magni-
tudinẽ ãmiratus radiantis metalli. rapido
curſu q̃ſi qͦdam vitaret incendiũ: ad mon
tẽ vſq̃ ꝑrexit. ibi flumĩe trãſuadato inueit
caſtellũ deſertũ plenũ ob tꝑus ⁊ ſolitudi-
nẽ venatorũ aĩaliũ. in quo ſe ↄſtituẽs no-
uus hoſpes habitauit. Statimq̃ ad eius
aduentũ ingẽs turba ſerpentiũ quaſi ꝑſecu
torẽ paſſa ꝓfugit. At ille obſtructo lapidi-
bus introitu panes menſiũ ſex ut Thebeiſ
mos ẽ ſecũ recõdẽs. nã crebro ꝑ annũ in-
corrupti durare ſolẽt. necnõ ⁊ exiguũ ha-
benſ aque ſolitari⁹ ꝑdurabat. nuſq̃ȝ inde ꝓ
cedens. nunq̃ȝ aliquẽ ſuſcipiẽs. intantum
vt cũ bis in anno ꝑ tectũ deſuꝑ panes ac-
ciꝑet nullũ cũ deferentib⁹ haberet alloqu;.
¶ Multis igit̃ videndi eũ deſiderio ⁊ ſtu
dio req̃rendi ante oſtiũ ei⁹ ꝑnoctantib⁹ au
diebant̃ ut vulgi voces aduerſum Antho
niũ tumultuſq̃ dicentiũ. Quid te nr̃is in
geris habitaculis. Quid tibi et deſ̃to. Ab
ſcede a finib⁹ alienis. nõ potes nr̃as inſidi
as ſuſtinere. Et primo q̃dem q̃ foris erant
exiſtimabãt aliquos hoĩes ſcalis poſit; in-
troiſſe. ibiq̃ ↄtendere. Poſtq̃ȝ aũt per ca-
uernã introſpiciẽtes nullũ viderũt: demo
nes ꝯ̃ eum intellexerũt ↄtendere: ⁊ nimio
timore ꝑterriti: Anthonij auxiliũ flagita-
bant. At ille oſtio ꝓpinquãs ad ↄſolandos
fratres ne timerent: atq̃ ut inde recederẽt
ꝓ̃cabat̃. trepidãtibuſq̃ aſſerebat a demõi-
bus incuti metũ. ſignate vos inq̃ens ⁊ abi
te ſecuri. iſtoſq̃ ſemetipſos ſinite deludere
Itaq̃ ill' reuertẽtib⁹ hic remanebat illeſ⁹
nec nũq̃ȝ ĩ certamĩe laſſabat̃. Accedẽtiũ eũ
augmẽta ꝓfectuũ l' debilitaſ ꝑpugnãtiũ maxi;

contentōi leuamen addiderat. tū ⁊ animo
ꝯſtantiā ſuggerebat Rurſuſq; ad heremū
venientibꝰ turbis. quidā mortuū eū ſe exi/
ſtimauerāt repturos. ille aūt pſallebat in/
trinſecꝰ Exurgat deus ⁊ diſſipent̄ inimici
eiꝰ: ⁊ fugiāt ꝙ oderūt eū a facie eiꝰ. Sicut
deficit fumꝰ deficiāt. vt liqueſcit cera a facie
ignis: ita pereāt peccatores a facie dei. Et
iterꝫ. Omēs gentes circūdederūt me. ⁊ in
nomine dn̄i vindicaui in eis. ¶ Sic
Anthoniꝰ annis viginti ſolitarie trāſactis
atq; ab hoīm ſegregatꝰ aſpectibꝰ ꝑdurauit
Cū ergo multoꝝ ⁊ ꝓpoſitū imitari cupien
tium et notoꝝ multitudo ad eū cōcurreret.
necnō ⁊ patiētiū infinita ſe caterua glome/
raret. tandē pene iā per vim foribꝰ euulſis.
q̄ſi ex aliquo celeſti aditu ꝯſecratꝰ apparuit
Obſtupuerūt vniuerſi. ⁊ oris gratiā ⁊ cor
poris dignitatē ꝙ nec per quietē intumue
rat. nec ieiunijs demonūq; certamine faci
em eius pallor obſederat. ſꝫ ecōtrario qua
ſi nichil tp̄is egiſſet. antiquꝰ membroꝝ de/
cor ꝑſeuerauerat. ꝓ tā mira q̄ in illo animi
puritas fuit. Nunq; hilaritate nimia reſo
lutus ī riſum eſt. nunq; recordatōe peccati
triſticia ora ꝯtraxit. nō magnis ſtupentiuꝫ
ſe eleuatus eſt laudibꝰ. Nichil in illo inde
cens ſolitudo. nichil aſperū quotidiana cū
hoſtibꝰ bella ꝯtulerāt ſꝫ ꝑpata mens equali
ad cūcta ferebat̄ examine. Plurimos igi
tur ab immundis ſpiritibꝰ ⁊ infirmitatibꝰ
varijs dei gratia ꝑ anthoniū liberauit. Ser
mo eiꝰ ſale ꝯditus. ꝯſolabat̄ meſtos. doce
bat inſcios. ꝯcordabat iratos. omnibꝰ ſua/
dens nichil amori xp̄i anteponendū. Pro
ponebatq; ante oculos bonoꝝ magnitudi/
nem futuroꝝ ⁊ dei clementiā ⁊ beneficia re
terebat indulta ꝙ ꝓprio filio ſuo nō peper/
cerit ſꝫ ꝓ noſtra oīm ſalute eum tradiderit
Nec mora plura aduenientiū corda ⁊ hu/
manaꝝ reꝝ ꝯtemptū hec eiꝰ ſuaſit oratio.
⁊ habitande heremi iſtud eiꝰ exordiū fuit.
¶ Quid ſane in arſenoytaꝝ oppido geſtuꝫ
ſit nō trāſibꝰ ſilentio. Nā cū fratres vellet
inuiſere ⁊ riuulū nyli q̄ cocodrillis ⁊ multꝫ
ſeuis fluminis beſtijs plenꝰ erat. trāſuade
re eſſet neceſſe. tā cū comitibꝰ ſuis trāſiuit
illeſus q; inde redibat incolumis. Rurſuſ/

q; in priſtinis laboribꝰ ꝑſeuerans multos
magiſterio ſuo fratres ꝯfirmauit ita vt bre
ui tp̄e plurima fierēt monaſteria nouoſ an
tiquoſq; monachos ꝓ etate vel tp̄e pater/
no moderabat̄ affectu ¶ Quadā aūt
die cū ſanctꝰ Anthoniꝰ ꝯgregatis fratribꝰ
rogaret̄ vt eis inſtitutoria largiret̄ p̄cepta
quibꝰ cū ꝓphetica fiducia exaltās vocē aie/
bat ad omnē quidē mandatoꝝ diſciplinā
ſcripturas poſſe ſufficere. ſꝫ ⁊ hoc optimū
fore ſi mutuis ſe inuicē fratres ſermonibꝰ
ꝯſolarent̄. Et vos ergo inquit vt patri re/
ferte q̄ noſtis ⁊ ego q̄ ꝑ longā etatē ꝯſecu/
tus ſum quaſi filijs indicabo. Hoc ſit autē
primū cunctis in cōmune mandatū nullū
in arrepti ꝓpoſiti vigore laſſaſcere. ſed q̄ſi
incipientē augere ſemꝑ debere qđ ceperit.
p̄ſertim cuꝫ humane vite ſpacia eternitati
compata breuiſſima ſint. Ita exorſus pau
lulum ſiluit. ⁊ āmiratus dei nimiā largita/
tem rurſus adiecit dicēs ¶ In p̄ſenti hac
vita equalia ſunt ꝓ reꝝ cōmutatōe cōmer
tia. nec maiora recipit ab emente q̄ vendi/
tat. Promiſſio aūt vite ſempiterne vili p̄
cio compatur Scriptū eſt eīn. Dies vite
noſtre ſeptuaginta anni aut vt multū. lxxx
quidq̄d reliquū eſt labor ⁊ dolor eſt. Quā/
do ergo octoginta aut centū vt multuꝫ an
nis laborātes in dei ope vixerimꝰ nō pari
tp̄e regnaturi ſumꝰ in futuro. ſꝫ pro annis
p̄dictis oīm nobis ſeculoꝝ regna tribuent̄
Nō terrā hereditabimꝰ ſꝫ celū. corpꝰ quo/
q; corruptū relinquētes idipm̄ cū incorru
ptione recipiemꝰ. Ergo filioli nō vos aut
tediū defatiget aut vane glorie delectet am
bitio. Nō ſunt eīn ꝯdigne paſſiones huius
temporis ad ſuꝑuenturā gloriā q̄ reuelabi
tur in nobis. Nemo cū deſpexerit munduꝫ
reliquiſſe ſe arbitret̄ ingentia. q2 oīs terra
ad infinitatē compata celoꝝ breuis ac par
ua eſt. Si ergo nec vniuerſo orbi renunci
antes dignū aliq̄d habitaculis poſſumꝰ cō
penſare celeſtibꝰ. ſe vnuſquiſq; ꝯſideret et
ſtatim intelligit paruis iugeribꝰ agri ⁊ pa
rietibꝰ vel modica auri portione cōtempta.
nec gloriari ſe debere q̄ſi magna dimiſerit.
nec tedere q̄ſi parua ſit recepturꝰ. ¶ Uū
eīn ꝯtemnit aliquis vnā eream dragmam

ad dragmas centū aureas ꝯquirēdas.ita
etiā qui toti⁹ orbiſ dñīuz dereliquit.centu
plū de melioribꝫ p̄mijs in ſublimi ſede re-
cipiet. Ad ſummū illud ꝓſpicere debemus
ꝙ ⁊ ſi noſtras velim⁹ retentare diuitias.le
ge mortis ab ipſis diuellimur inuiti.vt in
libro eccl'iaſtes ſcriptū eſt. Cur ergo nō fa
cim⁹ de neceſſitate virtutem. Cur nō ad lu
cranda regna celeſtia vltro relinquim⁹ qđ
lucis iſtius fine perdendū eſt. Nichil eoꝝ
cure ſit xp̄ianis q̄ ſecū auferre nō poſſunt
illud potius debem⁹ expetere qđ nos ducat
ad celū ſapientiā.ſ.⁊ caſtitatē iuſticiā ⁊ vir
tutē.ſenſū ꝑuigilē.pauꝑeꝝ curā.fidē ī xp̄o
robuſtā.animū ire victorē.hoſpitalitatē.
Nec ſectantes manſionē nobis ī terra qui
etoꝝ ſꝫm euangeliū p̄parabim⁹. Cōſidere
mus dñi eſſe nos famulos ⁊ ſeruitutē de-
bere ei a q̄ creati ſum⁹. Ut eñi ſeru⁹ p̄teriti
gr̄a famulat⁹ p̄ſens aut futuꝝ nō ꝯtemnit
imperiū nec audet aſſerere ꝙ ex labore trāſ
acto inſtantis opis habere debeat libertatē
ſꝫ iugi ſtudio vt in euāgelio ſcriptū eſt.ean
dem ſp̄ exhibet ſeruitutē vt ⁊ dño placere
poſſit ⁊ ne metū lucret̄ ⁊ v̄bera. Sic ⁊ noſ
diuinis ꝯgruit parere p̄ceptis ſcientes ꝙ
equ⁹ ille retributor in quo quenꝙ̄ inuene-
rit in eo ſit iudicatur⁹ qđ ꝓphetica ꝑ Eze-
chielem voce teſtat̄. Naꝫ ⁊ infelix Judas
ꝓpter vnius noctis impietatē oñi p̄teriti
tp̄is labore priuat⁹ eſt. Idcirco tenendus
eſt ꝯtinuus inſtituti rigor habentibꝫ deū au
xiliatorē ſicut ſcriptū eſt.q2 omni ꝓponenti
bonū de⁹ cooꝑatur R Ad inertiā aūt
calcandā ap̄li precepta replicem⁹ quibꝫ ſe
mori quotidie teſtabat̄ ſimiliter ⁊ nos hu-
mane ꝯditōis vitā ancipitē retractātes nō
peccabim⁹. Cū eñi ⁊ excitati mane a ſomno
ad veſperā nos ꝑuenire dubitem⁹ ⁊ quieti
corpa ꝯcedentes de luce nō ꝯfidam⁹ aduē-
tu ⁊ vbiꝙ̄ nature ac vite incerte memores
dei nos intelligam⁹ ꝓuidentia gubernari.
hocmodo non delinquem⁹ aut aliq̄ fragili
cupiditate raptabimur Sꝫ nec iraſcemur
quidē aduerſus aliquē nec terrenos ꝯgre-
gare theſauros ambiem⁹ quin poti⁹ metu
quotidiani receſſus ⁊ ſe iungēdi corpis iu-
gi expectatōe oīa caduca calcabim⁹. Ceſſa-
bit mulieꝝ amor.libidinis extinguet̄ incen
diū.inuicē nobis debita noſtra donabim⁹.
ante oculos ſemꝑ habētes vltime retribu-
tionis aduentū.q2 maior formido iudicij ⁊
penaꝝ timor horrid⁹ ſimul ⁊ lubrice carnis
incentiua diſſoluit ⁊ ruentē aīam quaſi ex
aliqua rupe ſuſtentat. Ideoꝙ̄ p̄cor vt ad
finē ꝓpoſiti boni oñi labore tendam⁹. Ne-
mo poſt tergū reſpiciēs loth imitet̄ vxorē
p̄ſertim cū dñs dixerit in euangelio. nullū
ponentē manus ſuꝑ aratꝝ ⁊ reſpicientē re
trorſuꝫ dignū eſſe regno celoꝝ. Reſpicere
aūt retrorſuꝫ nichil aliud eſt ꝙ̄ in eo penite
re qđ ceperis ⁊ mūdanis rurſus deſiderijſ
obligari. Nolite queſo virtutis tanꝙ̄ im-
poſſibile nomē pauere.nec ꝑegrinū vobiſ
aut ꝓcul poſitū videat̄ h̄ ſtudiū qđ ex no-
ſtro dei gratia precedente pendet arbitrio.
Hui⁹ opis homini inſerta natura eſt ⁊ eiuſ
modi res eſt q̄ noſtrā tm̄ expectat volūtatē
Greci ſtudia trāſmarina ſectent̄ ⁊ ī alieno
orbe ꝯſtitutos inanū litteraꝝ querāt magi
ſtros.nobis vero nulla proficiſcēdi.nulla
trāffretandi fluct⁹ neceſſitas imminet.in
oñi ſede terraꝝ ꝯſtituta ſunt regna celoꝝ.
Unde ⁊ dñs in euāgelio ait. Regnuꝫ dei
intra vos eſt.virtuſꝙ̄ in nobis eſt. mentē
tm̄ requirit humanā. Cui eñi dubiū eſt q2
naturalis aīe puritas ſi nulla fuerit extrin
ſec⁹ ſorde polluta fons ſit ⁊ origo virtutū.
Bonā neceſſe eſt eā eſſe quā creauerit bo-
nus auctor. Q, ſi forte cunctabimur audi
amus ihesum filiū naue ꝓpho dicentē. Re-
ctum facite cor veſtruꝫ ad dñm deū iſrael.
Nec Johānes diſſonā tulit de virtute ſen
tentiā p̄dicans.rectas facite vias veſtras
Siquidē hoc eſt rectā eſſe animā cuꝫ eius
principalis ītegritas nulla vicioꝝ labe ma
culat̄ ſi naturā mutauerit ꝑuerſa tūc dicit̄
ſi ꝯditio ſeruet̄ ⁊ virt⁹ eſt. Animā noſtraꝫ
cōmendauit nobis de⁹ ſeruem⁹ depoſitum
quale accepim⁹. Nemo cauſari p̄t extrinſe
cus ſitū qđ in ſe naſcit̄. Facturā ſuā q̄ fecit
agnoſcat opus ſuum inueniat vt creauit.
Sufficit nobis natural' ornat⁹ ne detur-
pes homo qđ tibi largitio diuina cōceſſit.
cunctorū virtutes et potentiā ſua humilita
te ſuꝑauit. minimaq̄ꝫ fuit inter omnes vt
omniū maior eſſet. et quanto plus ſe deiici
ebat tāto magis a xp̄o ſubleuabaꝛ. Latebat
⁊ non latebat fugiēdo gloriā. gl̄iam mere-
batur que virtutes quaſi vmbra ſeq̇tur. et
appetitores ſui deſerēs appetit contempto
res. Sed quid ago narrandi ordineꝫ p̄-
termittens dum in ſingulis teneor nō ſer-
uo p̄cepta dicendi. Tali igiꝛ ſtirpe genita
eſt. iunctaq̄ꝫ viro toxoton qui enee et iuli
orum altiſſimū ſanguinē trahit. Unde etiā
xp̄i virgo. filia eius euſtochiū iulia nuncu-
patur. et ip̄e iulius a magno demiſſum no-
men iulio. Et hec dicimus non quo habēti
bus grādia ſint. ſed quo ɔtemnentibꝫ mira
bilia. Seculi homines ſuſpiciunt eos qui
his pollent priuilegijs. nos laudam⁹ quos
habentes ꝑuipendimus ſi habere noluerīt
p̄dicamus. His inq̄ꝫ orta maioribus et fe
cunditate ac pudicicia probata. primū vi-
ro deinde ꝓpinquis et toti⁹ vrbis teſtimo
nio cum quinq̄ꝫ liberos edidiſſet. bleſillam
ſuper cuius morte eā rome cōſolatus ſum.
paulinā que ſanctū et admirabilem virū et
ꝓpoſiti et rerū ſuarū Pāmachium reliq̇t
heredem. ad quem ſuꝑ obitu eius ꝑuulum
libellum edidimus. euſtochiū que nūc ſan
ctis locis virginitatis ⁊ eccleſie monile p̄-
cioſum eſt. rufinam que immaturo funere
pium matris animū conſternauit. ⁊ toxoci
um poſt quē parere deſiuit. ut intelligeres
eam nō diu ſeruire voluiſſe officio cōiuga-
li. ſed mariti deſiderio qui mares optabat

liberos obediſſe. ¶ Poſtq̃ vir mortuꝰ eſt
ita eū planxit: ut ꝓpe ipſa moreretur. et ita
ſe ↄuertit ad domini ſeruitutem vt mortē
eius videretur optaſſe. Quid ergo referā
ample et nobilis domus quondam opulē-
tiſſime: omnes pene diuitias in pauperes
erogatas. Quid in cunctos clementiſſimū
animū et bonitatē etiam in eos quos nūq̃
viderat euagantē. Quis inopum moriens
non illius veſtibus obuolutus eſt. Quis di
nicorum non eius facultatibꝫ ſuſtentatus ē
Quos ſtudioſiſſime tota vrbe ꝑquirēs dā
num putabat. ſi quiſq̃ debilis et eſuriēs ci
bis ſuſtentaret alterius. Spoliabat filios ⁊
inter obiurgantes ꝓpinquos maiorē ſe eis
hereditatē chriſti miſericordiā dimittere
loquebatur. Nec diu potuit excelſi apō ſe-
culum generis ⁊ nobiliſſime familie viſita
tionis frequentiā ſuſtinere. Merebat ho-
nore ſuo et ora laudantiū declinare ⁊ fuge-
re feſtinabat. ¶ Cūq̃ orientis ⁊ oc-
cidentis epiſcopos ob qualdam eccleſiarū
diſſenſiōes romā imperiales littere ↄtra-
xiſſent. vidit admirabiles viros xp̄iq̃ pō
tifices Paulinum anthiocene vrbis epūm
et Epiphaniū ſalamine cypri que nunc cō
ſtantia dicitur quorū epiphaniū etiā hoſpi
tem habuit. paulinum in alia manentē do
mo quaſi ꝓpriū humanitate poſſedit. quoꝝ
accenſa virtutibꝫ per momēta patriā dese-
rere cogitabat. Non domus. nō liberorū
non familie: non poſſeſſionū. non alicuius
rei que ad ſeculum ꝑtinet memor. ſola ſi di
ci poteſt ⁊ incomitata. ad heremū anthoni
orū et paulorū ꝑgere geſtiebat. tandemq̃
exacta hyeme aperto mari: redeuntibus ad
eccleſias ſuas epiſcopis. ipſa voto cū eis ⁊
deſiderio nauigabat. ¶ Quid vltra diffe-
ro. deſcendit ad portū fratre: cognatis: affi
nibus. et quod hijs maius eſt liberis ꝓſe-
quentibus ⁊ clementiſſimā matrē vincere
pietate cupientibꝫ. Iam carbaſa tendebā-
tur: et remorū ductu nauis in altū ꝓtrahe
batur. Paruus toxocius ſupplices manus
tendebat in litore. ruffina iam nubilis ut ſu-
as expectaret nuptias tacens fletibꝫ obſe-
crabat. et tamē illa ſiccos tendebat oculos
ad celum. pietatē in filios pietate in deum
ſuꝑans. neſciebat ſe matrē ut xp̄i ꝓbaret
ancillā. Torq̄bantur viſcera et quaſi a ſuis
membris diſtraheret cum dolore pugna-
bat in eo cunctis admirabilior q̄ magnā
vinceret charitatē. Inter hoſtium manus
et captiuitatis durā neceſſitatē nihil crude
lius eſt q̃ parentes a filijs ſeparari. Hoc
contra iura nature plena fides patiebatur.
imo gaudens appetebat amorē filiorū ma
iorem in deum amore ↄtemnens. in ſola eu
ſtochio que et ꝓpoſiti et nauigatōis eiꝰ co
mes erat quieſcebat. Sulcabat interī na-
uis mare et cunctis qui cū ea vehebantur lito
ra reſpicientibꝫ. illa auerſos tenebat oculos
ne videret quos ſine tormēto videre nō po
terat. Fateor nulla ſic amauit filios qbꝫ an-
teq̃ ꝓficiſceretur cuncta largita eſt exhere
ditans ſe in terra ut hereditatē inueniret
in celo. ¶ Delata ad inſulas poncias quas
clariſſime quondā feminarū ſub domicia-
no principe ꝑ cōfeſſione nominis chriſtia
ni flauie domicille nobilitauit in exiliū. vi-
denſq̃ cellulas in quibꝫ illa longum duxe-
rat martiriū ſumptis alis ihr'limam: et ſan
cta loca videre cupiebat. Tardi erāt venti
⁊ omnis pigra velocitas. Inter ſcillam et
caribdim adriatico ſe credens pelago quaſi
ꝑ ſtagnum venit methonem. ibiq̃ refocil-
lato paululū corpuſculo et ſalo ſhabētes ar
tus in litore ponens ꝑ maleā et cytheram:
ſparſaſq̃ ꝑ equor cycladas. et crebris fre-
ta concita terris. Poſt rodum et liciā tan
dem vidit cyprum. vbi ſancti et venerabil'
Epiphanij pedibus obuoluta decem ab eo
diebus retenta eſt. non in refectōem vt ille
arbitrabatur. ſed in opus dei ⁊ rebꝫ ꝓbatū
eſt. Nam oīa illius regionis luſtrās mo
naſteria ꝓut habere poterat refrigeria ſum
ptuum fratribꝰ dereliquit. quos amor ſcti
viri de toto illuc orbe ↄduxerat. Inde bre
ui curſu trāſfretauit ſeleuciam. de qua aſcē
dens anthiochiā ſanctiq̃ confeſſoris pauli
ni modicū charitate detenta. media hyeme
calēte ardore fidei. femina nobilis q̄ prius
eunuchorū manibꝰ portabatur aſello ſedens
ꝓfecta ē. Omitto ſirie celes et fenicis iter

nec͛ enim odeporicū eius diſpoſui ſcribere
ea tantū loca nomino que ſacris volumini-
bus ꝯtinent̄. Berith romana colonia et
antiqua vrbe ſidone derelicta. in ſarepte li
tore helie ingreſſa eſt turriculā. in qua ado-
rato dn̄o ſaluatore ꝑ arenas thiri in qbus
Paulus genua fixerat: ꝑuenit ad choum q̄
nunc ptolomays dicit̄. et ꝑ campoſ maged
do ioſie necis ꝯſcios intrauit in terram
phyliſtijm. mirata ruinas dor vrbis qndā
potētiſſime et verſa vic. ſtratōis turrim ab
herode rege iudee in amore ceſaris auguſti
ceſareā nuncupatā. in qua cornelij domum
xp̄i vidit eccleſiā et philippi ediculas. et cu
biculū qttuor virginū ꝓphetiſſarū. Dein-
de antipatrida ſemirutū oppidulum quod
ex patris noīe herodes vocauerat. ⁊ lyddā
verſaꝫ in dyoſpolim. dorcadis atq͛ enee re
ſurrectiōe ac ſanitate inclitā. haud ꝓcul ab
ea arimathiam viculū ioſeph q̄ dn̄m ſepeli
uit. et nobe vrbē quondā ſacerdotū nūc tu
mulus occiſorū. ioppen q̄ꝫ fugiētis portum
ione. et ut aliqd ꝑſtringā de fabulis poetaꝝ
relegate ad ſaxuꝫ andromade ſpectatricem.
repetitoq͛ itinere nycopolim q̄ pri⁹ emaus
vocabat̄. apud quā in fractōne panis dn̄s
cognitus cleophe domū in eccleſiā dedica-
uit. atq͛ inde ꝓficiſcens aſcēdit bethorō in
feriorem ⁊ ſuꝑiorem vrbes a ſalomone re-
ge conditas. et varia poſterorū bellorū tēpe
ſtate deletas. ad dexterā reſpiciēs aylon et
gabaon. vbi Jheſus filius naue ꝯtra quinq͛
reges dimicās ſoli imꝑauit ⁊ lune. et gaba
onitas ob dolū et inſidias federis impetra-
ti. in aq̄rioſ lignarioſq͛ dānauit. In gabaa
vrbe vſq͛ ad ſolū diruta paululum ſubſti-
tit. recordata peccati eiuſ et ꝯcubine in fru
ſta diuiſe. et tribus beniamin in ſexcentis
viris ꝓpter paulū reſeruate. ❡ Quid
diu moror. Ad leuā manſeolo helene dereli
cto que a dyabenorū regina in fame ꝑplm
frumento iuuerat. ingreſſa eſt ihr̄l'mā vr-
bem trionomā iebus: ſalem hieruſalē q̄ ab
helio poſtea adriano de ruinis et cineribus
ciuitatis in helya ſuſcitata eſt. ❡ Cūq͛ ꝓcon
ſul paleſtine qui familiolam eius optīe no
uerat premiſſis apparitoribus iuſſiſſet pa-
rari ꝓtorium elegit humilem cellulam. ⁊ cū
cta loca tanto ardore ac ſtudio circūiuit vt
niſi ad reliqua feſtinaret a primis nō poſſꝫ
abduci. ꝓſtrataq͛ ante crucem quaſi pendē
tem dominū cerneret adorabat. Ingreſſa
ſepulchrum reſurrectōnis oſculabatur la-
pidem quem ab oſtio ſepulchri remouerat
angelus. et ip̄m corꝑis locum in quo domi
nus iacuerat q̄ſi ſitiens deſideratas aquaſ
fidei ore lambebat. Quid ibi lacrimarum.
quantū gemitum. quid doloriſ effuderit te
ſtis eſt cuncta ihr̄l'ima. teſtis eſt ip̄e domi-
nus quem rogabat. Unde egrediēs aſcen
dit ſyon que in arcem vel ſpeluncam v̄tit̄.
Hanc vrbem expugnauit quondam ⁊ edi
ficauit Dauid. Unde de expugnata dicit̄.
Ve tibi ciuitas ariel. id eſt leo dei. et quon
dam fortiſſima quam expugnauit dauid de
ea que edificata eſt. fundamenta eius ī mō
tibus ſanctis. diligit dn̄s portas ſyon ſuꝑ
omnia tabernacula iacob. non eas portas
quas hodie cernimus in fauillas et cineres
diſſolutas. ſed portas quibus infernus nō
preualet. et ꝑ quas credentiū ad xp̄m ingre
ditur multitudo. Oſtēdebat̄ illi columna
eccleſie porticuꝫ ſuſtinēs infecta cruore do
mini ad quā vinct⁹ dr̄ ⁊ flagellat⁹. Oſtēdeba
bat̄ loc⁹ vbi ſuꝑ cētū viginti credentiū a-
nimas ſp̄uſſanctus deſcēderat vt iohel' va-
ticiniū ꝯpleret̄. ❡ Deinde ꝓ facultatula
ſua pauꝑibus atq͛ ꝯſeruis pecunia diſtri-
buta. ꝑrexit bethleē. et in dextera ꝑte itine
ris ſtetit ad ſepulchrū rachel. in quo benia
min nō vt mr̄ vocauerat moriēs benoni. h
eſt filiū doloris mei. ſꝫ ut pater ꝓphetauit
in ſp̄u filiū dextre ꝓcreauit. atq͛ inde ſpecū
ſaluatoris introiēs. poſtq͛ vidit ſacrū vir-
ginis diuerſoriū. ⁊ ſtabulū in quo ꝯgnouit
bos poſſeſſorē ſuū et aſinuſ ꝓſepe dn̄i ſui. ut
impleret̄ illud qđ in eodē ꝓpheta ſcriptū
eſt. Beat⁹ qui ſeminat ſuꝑ aquas vbi bos
et aſinus calcāt. me audiente iurabat cerne
re ſe fidei oculis infantē pannis inuolutuꝫ
vagientem in ꝓſepio. deum magos adorā
rātes. ſtellā fulgentē deſuper matrē v̄ginē
nutriciū ſedulū. paſtores nocte venīteſ vt
viderent verbuꝫ quod factū erat. et iam tūc

euangeliſte Johānis principiū dedicarent
In principio erat verbum et verbum erat
apud deum. et deus erat verbum. et verbū
caro factum eſt. paruulos interfectos. hero
dem ſeuientē. Mariam et ioſeph fugiētes
in egiptum. mixtiſqꝫ gaudio lacrimis lo-
quebatur. Salue bethleem domus panis
in qua natus eſt ille panis qui de celo de-
ſcendit. Salue effrata regio liberrima atqꝫ
carpofora. cuius fertilitas deus eſt. Ex te
mihi egredietᷣ qui ſit princeps in iſrael. et
egreſſus eius ab initio a diebus eternitatꝫ
de te quondam Micheas ꝓpheta vaticina
tus eſt. Et tu bethleem domus effrata nō
minima es in milibus iuda. propterea da-
bis eos vſqꝫ ad tēpus parientis pariet. ⁊ re
liquie fratrum eius cōuertentur ad filios iſ
rael. In te enim natus eſt princeps qui an
te luciferum genitus eſt. cuius de patre na
tiuitas omnem excedit etatē. et tam diu in
te dauitici germinis origo ꝑmāſit donec v
go pareret. et reliquie populi credentes in
xp̄m ꝯuerterentur ad filios iſrael et libere
p̄dicarent. Uobis oportebat loqui primuꝫ
verbum dei. ſed quoniā repuliſtis illud: et
indignos vos iudicaſtis eterne vite. ecce
conuertimur ad gentes. Dixerat eīm domi
nus. Nō veni niſi ad oues ꝑditas domꝰ iſ
rael. Et eo tēpore Jacob ſup̲ eo verba com
pleta ſunt. Non deficiet princeps ex iuda
neqꝫ dux de femore eius. donec veniat cui
repoſitū eſt. et ip̄e erit expectatio gentium.
Bene enim Dauid iurabat. bū vota facie
bat dicēs. Si introiero in tabernaculū do
mus mee. ſi aſcēdero in lectū ſtrati mei. Si
dedero ſomnū oculis meis. et palpebrꝫ me
is dormitatōem: et requiē temporibꝫ meis
donec inueniā locum dn̄o tabernaculū do
iacob. Et ſtatim quid deſideraret expoſuit.
atqꝫ oculis ꝓpheticalibus quem nos iam ve
niſſe credimus ille venturuꝫ eſſe cernebat.
Ecce audiuimus euꝫ in effrata: inuenimꝰ
eam in cāpis ſilue. Sob quippe ſermo he-
braicus ut te docente didici. nō mariā ma
trem domini hoc ē aſtin. ſed ip̄m id ē aſton
ſignificat. vnde loquitᷣ cōfidenter. Introi-
uimus in tabernaculū eius. adorauimus ī

loco vbi ſteterunt pedes eius. Et ego miſe-
ra atqꝫ peccatrix digna ſuꝫ iudicata deoſcu
lari preſepe: in quo dominus paruulus va
giit. orare etiā in ſpelunca in qua virgo pu
erpera deum fudit infantem. Hec requies
mea. quia domini patria eſt. hic habita-
bo: quoniā ſaluator elegit eam. paraui lu-
cernam chriſto meo. anima mea illi viuet.
et ſemen meū ſeruiet ip̄i. Haud ꝓcul
inde deſcendit ad turrim ader. id ē gregis.
iuxta quam Jacob pauit greges ſuos. Et
paſtores nocte vigilātes audire meruerūt
Gloria in excelſis deo. et ſup̲ terraꝫ pax ho
minibus bone voluntatis. Dumqꝫ ſeruāt
oues inuenerunt agnum dei puro et mūdiſ
ſimo vellere. quod in ariditate totius terre
celeſti rore compluitꝫ eſt. et cuius ſanguis
tulit peccata mundi. et exterminatorē egy-
pti litus fugauit in poſtibus. ſtatimqꝫ con-
cito gradu cepit per viam veterem pergere
que ducit Gazam ad potentias vel diuiti-
as dei. ⁊ tacita ſecum voluere quomodo eu
nuchus ethiops gentiū populum p̄figurāſ
mutauerit pellem ſuam. et dum vetus rele-
git inſtrumentū fontē reperit euangelij. at
qꝫ inde ad dexteram trāſijt ad bethſur. et
venit eſcbol que in botrum vertitur. Unde
in teſtimoniū terre fertiliſſime et in typum
eius qui dicit. torcular calcaui ſolus. et de
gentibus non eſt vir mecum. exploratoreſ
botrum mire magnitudinis portauerunt.
Nec poſt longum ſpaciū intrauit ſare cel-
lulam videns in cunabulis yſaac et veſti
gia quercus abraham ſub qua vidit diem
chriſti: et letatus eſt. Atqꝫ inde conſurgenſ
aſcendit hebron hec eſt cariatharbe. id eſt
oppidum virorū quattuor. videlicꝫ Abra-
ham yſaac Jacob et adam magni quē ibi
conditum iuxta librum Jheſu naue hebrei
autumant. licet pleriqꝫ caleph quartū pu-
tēt. cuiꝰ ex latere memoria demōſtratᷣ. No
luit ꝑgere cariathſepher. id ē viculū litarū
quia cōtemnēs occidentē litterā reppererat
ſpiritū viuificantē. magiſqꝫ mirabatᷣ ſup̲io
res et inferiores aquas quas othoniel fili
us Jephone cenē pro auſtrali et arida poſ-
ſeſſione ſuſceperat. et quaruꝫ ductu ſiccos

prioꝛis inſtrumenti agros fecerat irriguos
vt redemptõem veterū peccatoꝛū in aquis
baptiſmi repiret. Altero die oꝛto iam ſole
ſtetit in ſupercilio caphbarberuche. id ē vil-
le benedictõnis quem ad locū abrahā do-
minum ꝓſecutus eſt. Unde latam deſpici-
ens ſolitudinē et terrā quondam ſodome ⁊
gomoꝛre adame et ſeboym contēplata ē bal
ſami vineas in engaddi et ſegoꝛ vitulā con
ternantem que pꝛius bale vocabatur. et in
zoaram hoc eſt paruulam ſyꝛo ſermõe tranſ
lata eſt. Recoꝛdabat̃ ſpelunce Loth. et ver
ſa in lacrimas virgines ſocias admone-
bat cauendum eſſe vinū in quo eſt luxuria
et cuius opus moabite ſunt et ammonite.
Diu hereo in meridie vbi ſponſa cubantē
reperit ſponſum. et Joſeph inebriatus eſt
cum fratribus ſuis. Reuertar hieroſolimā
et ꝑ tecuam atqꝫ amos rutilantē montē oli
ueti lucem aſpiciam. de quo ſaluatoꝛ aſcen
dit ad patrem. in quo per annos ſingulos
vacca rufa in holocauſtū dñi cremabatur.
et c⁹ cinis expiabat ꝑplm iſrael. in q̃ iuxta
Ezechielem cherubin de templo trāſmigñ
tes eccleſiam dñi fundauerunt ¶ Ingreſ
ſaqꝫ ſepulchrū Laſari marie et marthe vi
dit hoſpitiū et bethphage villā ſacerdotali
um maxillaꝝ. et locum in quo pull⁹ laſciui
ens gentiū dñi frena ſuſcepit. apoſtoloꝛūqꝫ
ſtratus veſtibus mollia terga pꝛebuit adſe
dendū. Rectoqꝫ itinere deſcendebat hieri
cho cogitans illū de euangelio vulneratū.
et ſacerdotibus et leuitis mētis feritate p̃
tereuntibus clementiā ſamaritani. id ē cu-
ſtodis qui ſeminecē ſuo impoſito iumēto
ad ſtabulū eccleſie repoꝛtauit et locū adom
mīn: quod interpꝛetatur ſanguinū. qꝛ mul
tus in eo ſanguis crebris latronum funde-
batur incurſibus. et arboꝛem ſiccomoꝛū za
chei. id ē bone penitētie opera quib⁹ cruen
ta dudū et noxia rapinis peccata calcabat.
excelſumqꝫ dominū de excelſo virtutū in-
tuebatur. et iuxta viam cecoꝛū loca qui re-
ceptis luminibus vtriuſqꝫ populi creden-
tis in dominū ſacramenta pmiſerant. In-
greſſa hiericho vidit vrbem quam funda-
uit ayel in abyꝛam pꝛimogenito ſuo. ⁊ cui⁹
poꝛtas poſuit in ſegub nouiſſimo filioꝛum.

Intuita eſt caſtra galgale. et aceruū pꝛepu
cioꝛum. et ſecunde circumciſioniſ miſteriū
⁊ duodecim lapides qui de ioꝛdanis alueo
illuc tranſlati duodecim apoſtoloꝛum fun-
damenta firmauerant. et fontē quondā le-
gis amariſſimū et ſterilem quem ver⁹ He
liſeus ſua condiuit ſapientia. et in dulcoꝛē
vbertatemqꝫ conuertit. ¶ Uix nox tranſi
erat feruentiſſimo eſtu venit ad Joꝛdanē
et ſtetit ī ripa fluminis. et oꝛto ſole ſolis iu
ſticie recoꝛdata eſt. quomodo in medio ioꝛ
danis alueo ſicca ſacerdotes poſuerit veſti
gia. et ad helie atqꝫ heliſei imperiū ſtantib⁹
ex vtraqꝫ aquis iter vnda pꝛebuerit. pollu
taſqꝫ diluuio aquas et totius humani gene
ris infectõe maculatas ſuo dominus mū-
dauerit baptiſmate. ¶ Longum eſt ſi ve-
lim de valle achoꝛ dicere. id eſt tumuli at-
qꝫ turbarū in qua furtum et auaricia ꝯdē-
nata eſt. et de bethel domo dei in qua ſu-
per nudam humū nudus et pauꝑ doꝛmi-
uit iacob. et poſito ſubtus caput lapide in
zacharia ſeptem oculos habere deſcribit̃.
et in yſaia lapis dicit̃ angularis. vidit ſca
lam ad celum vſqꝫ tendentē in qua domi-
nus deſuꝑ innitebatur. et aſcendentib⁹ poꝛ
rigens manum. et negligentes de ſublimi
p̃cipitans. Sepulchꝛa quoqꝫ in mõte eſ
fraim Jheſu filij naue. et Eleaſari filij Aa-
ron ſacerdotis e regione venerata eſt. q̃rū
vnus conditus eſt in tamnata ſeptentrio
nali parte montis gaaz. alter in Galaath
filij ſui finees. ſatiſqꝫ mirata eſt ꝙ diſtri-
butoꝛ poſſeſſionū ſibi montana et aſpera de
legiſſet. ¶ Quid narrem de Syſo in qua
altare dirutum hodieqꝫ monſtratur. ⁊ ra-
tum ſabinarum a romulo tribus bēiamini
aca ꝑcurrit Tranſiuit Sychen non vt ple
riqꝫ erranter legunt ſychar: que nunc Ne
apolis appellatur. et ex latere montis Ga
riſym extructam circa puteum Jacob in-
trauit eccleſiā. ſuper quem dñs reſidens ſi
tienſqꝫ et eſuriens: ſamaritane fide ſatia-
tus eſt. que quinqꝫ moſaycoꝛū voluminū
viris. et ſexto quem ſe habere iactabat er-
roꝛe doſithei derelicto. verū meſſiam et ve-
rum reperit ſaluatoꝛem. atqꝫ inde diuer-
tens vidit duodecim p̃triarchaꝝ ſepulcra,

et ſebaſten.id ē ſamariā que in honorē au-
guſti ab herode rege greco ſermōe auguſta
eſt nominata. Ibi ſiti ſunt heliſeus ⁊ abdi
as ꝓpheta. et quo maior natus inter mulie
rū non fuit baptiſta iohānes. vbi multis
intremuit mirabilib9. nāq; cernebat demo
nes varijs rugire cruciatibus. et ante ſepl
chra ſanctorū vlulare homines luporū voci
bus. latrare canū. fremere leonū. ſibilare ſer
pentium. mugire thaurorū. alios rotare ca
put: et poſt tergū terrā vertice tangere. ſuſ-
penſiſq; pede feminis veſtes nō defluere in
faciem. Miſerabat omniū et ꝑ ſingulos ef
fuſis lacrimis xp̄i clementiā ꝓcabat. et ſic
erat inualida aſcendit pedibus montē ī cu
ius duabus ſpeluncis ꝑſecutōnis et famis
tpe abdias ꝓpheta centū ꝓphetas aluit pa
ne et aqua. ¶ Hinc cito itinere ꝑcucurrit
nazarā nutriculam domini. chanaan et ca-
pharnaum ſignorū eius familiares lacum
thiberiadis nauigante dn̄o ſanctificatū. et
ſolitudinem in qua multorū populorū mi-
lia paucis ſaturati ſunt panibus. et de reli
quijs veſcentiū repleti ſunt cophini duode
cim tribuum iſrael. aſcendebat q; montē
thabor in quo transfiguratus eſt dominus
aſpiciebat ꝓcul montes hermon ⁊ hermo-
nijm et campos latiſſimos galilee in quib9
Syſara et omnis ei9 exercitus barach vin
cente ꝓſtratus eſt. Torrēs cyſon q̄ mediā
planiciē diuidebat. et oppidū iuxta Naym
in quo vidue ſuſcitatus eſt filius monſtra-
bat. ¶ Dies me prius q̄ ſermo deficiet. ſi
voluero cuncta ꝑcurrere que Paula vene
rabilis fide incredibili ꝑagata eſt. Trāſi-
bo in egiptū et in ſochot atq; apud fontem
ſampſon quem de molari maxille dente ꝓ
duxit. ſubſiſtā parūper et arentia ora collu
am. ut refocillatus videam moraſtyn ſepul
chrū quondam michee ꝓphete. nunc eccli
am ⁊ ex latere derelinquam chorreos gethe
os mareſa ydumeam et lachis. et ꝑ arenas
molliſſimas ꝑgentiū veſtigia ſubtrahētes
latamq; heremi vaſtitatē. veniā ad egiptū
fluuiū ſyor qui interp̄tatur turbidus. ⁊ q̄n
q; egipti trāſeā ciuitates que loquūtur li-
gua canatbidi. et terram geſſen et thaneos
in quibus fecit deus mirabilia. et vrbē No

que poſtea verſa eſt in alexandriā: et oppi-
dum dn̄i nytriā. in quo puriſſimo virtutū
nytro ſordes lauant quotidie plurimorū.
Quod cum vidiſſet occurrente ſibi ſancto
⁊ venerabili epiſcopo yſidoro confeſſore ⁊
turbis innumerabilib9 monachorū e q̄bus
multos ſacerdotalis et leuiticus ſublima-
bat gradus letabatur ad gloriā domini. ſed
ſe indignā tanto honore fatebatur. Quid
ergo narrem macharios arſenios ſerapio-
nes et reliqua columnarū chriſti noīa cui9
non intrauit cellulā quorū nō pedib9 aduo
luta eſt. Per ſingulos ſanctos ſe xp̄um vi
dere credebat. et q̄dquid in illos contulerat
contuliſſe ſe in dominū letabat. Mirus ar
dor et vix in femina credibilis fortitudo ob
lita ſexus et fragilitatis corꝑee inter tot mi
lia monachorū cum puellis ſuis habitare cu
piebat. ⁊ forſitan cunctis eam ſuſcipientib9
impetraſſet. niſi maius ſanctorū locorū tra
xiſſet deſideriū. atq; ꝓpter feruentiſſimos
eſtus de peluſio mayumam nauigatōe ꝑue
niens tanta velocitate reuerſa eſt ut auem
putares. Nec multo poſt in ſanctā bethle
em manſura veniens ꝑpetuo anguſto ꝑ tri
enniū manſit hoſpitio. donec extruerē cel-
lulas ac monaſteria et diuerſorū ꝑegrino-
rum iuxta viā conderet: in qua Maria et
Joſeph hoſpitium non inuenerant. C
¶ Huc uſq; iter eius deſcriptū eſt quod
multis virginibus ⁊ filia comite ꝑagrauit
Nunc virtus eius latius deſcribatur: que
ip̄ius ꝓpria eſt. in qua exponenda deo iudi-
ce ac teſte profiteor me nihil addere. nihil
in maius extollere more laudantium. ſ3 ne
verum excedant fidem multa detrahere. et
ne apud detractores et gemino ſemper den
te rodentes fingere puter. et cornicem eſo
pi alienis coloribus adornare. que prima
chriſtianorū virtus eſt tanta ſe humilitate
deiecit. vt qui eam videret et pro celebrita
te nominis videre geſtiret. ip̄am eſſe nō cre
deret ſed ancillarum vltimā. Et cum fre-
quentibus choris virginum cingeret ⁊ ve
ſte et voce et habitu ⁊ inceſſu minima om
nium erat. nunq̄ poſt viri mortem vſq; ad
diem dormitionis ſue cum vllo comedit
viro quamuis eū ſanctum ⁊ in pontificali

ſciret culmīe poſitū. Balnea niſi periclitās
non adijt. mollia etiam in grauiſſima febre
lectuli ſtrata nō habuit. ſed ſup̲ duriſſimā
humū ſtratis ciliciolis quieſcebat. ſi tamē
illa quies dicēda eſt. Que iugib⁹ pene ora
tōibus dies noctesq̄ iungebat. illud īplenſ
de pſalterio. Lauabo p̲ ſingulas noctes le-
ctum meū lacrimis meis ſtratū meū riga-
bo. In qua vt fontes crederes lacrimaruꝫ
ita leuia peccata plangebat. ut illā grauiſſi-
morū criminū crederes ream. ¶ Cūq̄ a
nobis crebrius moneret᷑ vt parceret oculiſ
vt eos ſeruaret euangelice lectōni aiebat.
Turpāda eſt facies quā cōtra dei p̄ceptuꝫ
purpuriſſo et ceruſa et ſtibio depinxi. affli-
gendū eſt corpus qḋ multis vacauit delici
is longus riſus p̲peti cōpenſandus eſt fle-
tu. mollia lintheamina et ſerica p̄cioſiſſima
aſp̲itate cilicij ꝯmutāda. Que viro ⁊ ſecu
lo placui nunc chriſto placere ꝯſidero. Si
inter tales tantasq̄ virtutes caſtitatē in il
la voluero p̄dicare ſup̲fluus videar. in qua
etiā cū ſecularꝫ eſſꝫ omniū rome matrona
rum exemplū fuit que ita ſe geſſit. ut nūq̄
de illa aliq̄s etiam maledicorū q̄cq̄ auderꝫ
fame cōfingere. Nihil animo eius clemen-
tius. nihil erga humiles blandius fuit. nō
appetebat potētes. nec tamē ſup̲bos ⁊ glo-
riolam q̄rentes faſtidio deſpiciebat f ¶
Si paup̲em viderat ſuſtentabat. ſi diuitē
ad bn̄faciendū cohortabat᷑. Liberalitas ſola
excedebat modū et vſuras tribuens. euer-
ſuram quoq̄ ſepe faciebat ut nulli ſtipitem
rogantiū denegaret. Fateor errorē meum.
cur in largiēdo eſſet p̲fuſior arguebam. il-
lud p̲ferens de apoſtolo. nō vt alijs refri-
geriū ſit vobis autē tribulatio. ſed ex equa
litate in hoc t̄pe: vt abundantia vr̄a ſit ad
illorū inopiam. Et hoc de euangelio ſalua-
toris. qui habet duas tunicas det alterā nō
habenti. Et p̲uidendum eſſe ne qḋ liben-
ter faceret ſemp̲ facere nō poſſet. multaq̄
huiuſmodi que illa mira verecundia ⁊ ſer-
mone parciſſimo diſſoluebat. teſtem inuo-
cans dominū ſe p̲ illius noīe cuncta facere
et hoc habere voti vt mendicans ipa more-
ret᷑. et vnum nūmum filie nō dimitteret.
⁊ in funere ſuo alieno ſyndone inuolueret᷑.

ad extremū inferebat. Ego ſi petiero mul-
tos inueniam q̄ mihi tribuant mendicās ſi
a me nō acceperit. qui ei poſſum etiā de alie
no tribuere et mortuus fuerit a quo aīa ei⁹
requiretur. Ego cautior in re familiari eſſe
cupiebam. ſed illa ardentior fide toto ſalua
tori animo iungebat᷑. et paup̲em dominuꝫ
pauper ſpiritu ſequebat᷑: reddens ei quod
accep̲at. p̲ ipſo pauper effecta. deniq̄ con
ſecuta eſt quod optabat. et in grādi ere ali-
eno filiam dereliquit. quod hucusq̄ debēs
non ſuis viribus. ſed chriſti ſe fidit miſeri-
cordia redditurā. ¶ Solent plereq̄ ma-
tronarū bucinatoribus ſuis dona cōferre.
et in paucos largitate p̲fuſa manū a ceteris
retrahere: quo illa omnino carebat vicio.
Ita eīm ſingulis ſuam pecuniā diuidebat ut
ſingulis neceſſariū erat. nō ad luxuriā: ſed
ad neceſſitatē. Nemo pauperū vacuus re-
uerſus eſt. Quod obtinebat nō diuitiaruꝫ
magnitudine ſed prudentia diſpenſandi il-
lud ſemp̲ replicans. Beati miſericordes:
quoniā ip̄i miſericordiā conſeq̄ntur. Et ſi-
cut aqua extinguit ignē. ita et elemoſina ex
tinguit peccata. Et facite vobis amicos de
iniquo mām̄ona qui vos recipiant in eter-
na tabernacula. et date elemoſinaꝫ: et ecce
omnia munda ſunt vobis. et verba Danie
lis regē nabuchodonoſor p̄monentis ut e-
lemoſinis redimeret peccata ſua. Nolebat
in hijs lapidib⁹ pecuniā effundere qui cuꝫ
terra et ſeculo trāſituri ſunt. ſed in viuis la
pidibus qui voluunt᷑ ſup̲ terram. de quib⁹
in Apocalipſi iohānis. Ciuitas regis ma-
gni extruitur quos in ſaphyrū et ſmaragdū
et ceteras gemmas eſſe vertendos ſcriptu-
ra cōmemorat. G ¶ Uerum hec ꝯmu
nia poſſunt eſſe cū paucis. et ſcit dyabolus
non in ſummo culmine virtutū poſita. vn-
de loquitur ad dominū poſt amiſſam Iob
ſubſtātiā. poſt euerſam domū. poſt liberos
interfectos. coriū p̲ corio et omnia que ha
buerit homo dabit p̲ anima ſua. ſed extēde
manū tuam et tange oſſa et carnes eius ni
ſi in faciem bn̄dixerit tibi. Scimus pleroſ
q̄ dediſſe elemoſinam. ſed de p̲prio corpo-
re nihil dediſſe. porrexiſſe egentib⁹ manuꝫ
ſed carnis voluptate ſuperatos dealbaſſe ea

que foris erant. ⁊ intus plenos fuiſſe de oſ
ſibus mortuoꝝ. At nõ paula talis: que tan
te cõtinentie fuit. ut ꝓpe menſurã excederꝫ
et debilitatẽ corꝑis nimijs ieiunijs ac labo
re cõtraheret. q̃ exceptis feſtis diebus vix
oleũ in cibo capet. ut ex hoc vno eſtimaretᷣ
q̃d de vino et liquamie ⁊ piſcibꝫ ⁊ lacte ac
melle et ouis et reliq̃s q̃ guſtui ſuauia ſũt
iudicarit. in q̃bus ſumendis q̃dam ſe abſti
nẽtiſſimos putãt. et ſi his ventrẽ nõ ingur
gitauerint totã pudiciciã ſuſpicantᷣ. Sem
ꝑ vᷣtutes ſeq̃tur inuidia. feriũtq̃ ſummos
fulgura mõtes. Nec mirũ ſi hᷣ de hoibus lo
quar. cũ etiã dñs nr̃ phariſeoꝝ zelo ſit cru
cifixus. ⁊ omnes ſancti emulos habuerint
in ꝑadiſo q̃z ſerpẽs fuerit. cꝰ inuidia mors
introiuit in orbem terraꝝ. Suſcitauerat ei
dñs adam q̃ eã collaphiſaret ne ſe extolle-
ret. et q̃ſi quodã ſtimulo carnis ſepius ad
monebat. ne magnitudine virtutũ altiꝰ ſa
ꝑet. aliarũq̃ vicijs feminarũ ſe in excelſo
crederet ꝯſtitutã. Ego aiebam liuori eſſe ce
dendũ et dandũ inſanie locũ q̃d feciſſet ia
cob in fratre ſuo Eſau. ⁊ Dauid in ꝑtina-
ciſſimo inimicorũ Saul. quoꝝ alter meſopo
tamiã fugerit. alter ſe alophilis tradiderit.
maleᷣ hoſtibꝫ q̃ inuidis ſubiacere. At illa
iuſte rñdebat hoc dicẽs. Si dyabolꝰ ꝯ ſer
uos dei et ancillas nõ vbiq̃ pugnaret et ad
oĩa loca fugientes p̃cederet. ſi nõ ſanctoruz
locoꝝ amore retineret. et bethleem meã in
altera repire poſſem ꝑte terrarũ. Cur eniz
non patiẽtia liuorẽ ſupem. cur nõ hũilitate
frangam ſupbiã. et ꝑcutiẽti maxillã alterã
nõ offeram. dicẽte aplo Paulo. Vincite ĩ
bono malũ. Nõne apli gliabantᷣ q̃ñ ꝓ dño
ſunt paſſi ꝯtumeliã. Nõne ipe ſaluator hu
miliauit ſe formã ſerui accipiẽs. et factus
obediens patri vſq̃ ad mortẽ. mortẽ autez
crucis ut nos ſua paſſione ſaluaret. Job ni
ſi certaſſet ⁊ viciſſet in ꝑlio nõ accepiſſet co
ronã iuſticie. nec audiuiſſet a dño. putas ne
me tibi aliter locutũ q̃ ut appareres iuſtꝰ.
Beati dicuntᷣ in euãgelio q̃ ꝑſecutõem pa
tiuntᷣ ꝓpter iuſticiã. Secura ſit ꝯſciẽtia q̃
nõ ꝓpter peccata patimur. et afflictio in ſe-
culo materia p̃miorũ eſt. h ¶ Si q̃ñ ꝓ
cacior fuiſſet inimicus et vſq̃ ad vᷣbeꝝ iur
gia proſiliiſſet illud pſalterij decãtabat. Cũ
ꝯſiſteret peccator aduerſuz me obmutui ⁊
ſilui a bonis. et rurſuz. Ego enim quaſi ſur
dus non audiebam. et quaſi mutus nõ ape
riens os ſuum. et factus ſum quaſi homo
non audiens. nec habens in ore ſuo incre-
patõnes. In temptatõibus vero Deute
romij verba voluebat. Temptat vos deus
veſter ut ſciat ſi diligitis dominũ deum ve-
ſtrum ex toto corde veſtro ⁊ ex tota anima
vr̃a. In tribulatõibus et anguſtijs yſaie
replicabat eloquia. Qui ablactati eſtis a
lacte. qui abſtracti ab vbere tribulatõnem
ſup tribulatõez expectate. ſpem ſuper ſpem
adhuc puſillũ ꝓpter maliciã labiorũ ꝓpter
linguã malignã. Et ſcripture teſtimoniũ in
conſolatõnem ſuam differebat ablactatoꝝ
eſſe. et eorũ qui ad virilẽ etatẽ ꝑueniſſent
tribulatõem ſup tribulatõem ſuſtinere: vt
ſpem ſup ſpem mererentᷣ accipe ſcientes q̃
niam tribulatio patientiã operatᷣ. patientia
ꝓbatõnem. probatio ſpem. ſpes autez nõ
ꝯfundit. et q̃ ſi is qui foris ẽ noſter homo
corrumpitur. ille qui intus eſt innouetᷣ. et
impſentiaꝝ momẽtaneũ ⁊ leue tribulatõis
nr̃e eterne glorie pondus opatᷣ in nobis nõ
aſpicientibꝫ q̃ videntᷣ ſed que nõ videntur
Que enim videntᷣ tempalia ſunt. que autẽ
nõ videntᷣ eterna. Nec longũ fore tempus
etiã ſi humane impatientie tardũ eſſe vide
atur q̃n dei ſtatim ſequatur auxiliũ dicẽtis.
Tempe oportuno exaudiui te. et in die ſalu
tis auxiliatus ſum tui. Nec doloſa labia ⁊
linguas iniquorum eſſe metuendas. tamẽ
dño adiutore letemur. et ipm audire debe-
amus monentẽ. ꝑ patientiã veſtrã poſſide-
bitis animas veſtras. et ñ ſunt ꝯdigne paſ-
ſiones huius tpis ad futurã gloriã que re-
uelabitᷣ in nobis. et alibi. Patiẽter agamꝰ
in omnibus que accidũt nobis. Patiẽs ei
vir multus prudentia. Qui enim puſilla-
nimis eſt vehementer inſipiẽs eſt. Item ĩ
laboribus et crebra infirmitate dicebat.
Quando infirmor tunc fortior ſum. Et ha
bemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibꝫ
donec mortale hoc induat immortalitatez.
⁊ corruptiuũ hᷣ veſtiat incorruptõz. Et ite
rum. Sicut abũdant paſſiones xp̃i ĩ nobis

ſita p xp̄m abūdat ꝯſolatō. Ac deinde ut ſo
cij paſſionū eſtis. ita et ꝯſolatōis eritȝ ī me
tore cātabat. Quare triſtis es aīa mea et
q̄re ꝯturbas me. ſpera in deo qm̄ adhuc cō
fitebor illi. ſalutare vultus mei et de⁹ meuſ
In piculis loq̄bat᷑. Qui vult venire poſt
me abneget ſemetip̄m et tollat crucē ſuam
q̄tidie et ſeq̄tur me. Et iterū. Qui voluerit
aīam ſuā ſaluā facere pdet eam. et q̄ pdide
rit aīam ſuaȝ ꝓpter me ſaluā eā faciet. Qn̄
diſpendia rei familiaris ⁊ euerſio toti⁹ pa-
trimonij nūciabat᷑ aiebat. Quid enī̄ pdeſt
homī ſi totū mundū lucrifecerit ⁊ anīe ſue
damnū habuerit. aut quam dabit hō ꝯmu-
tatōem p anima ſua. Nudus exiui de vte
ro mr̄is mee nud⁹ ⁊ redeā. Sic placuit do
mino ita factū eſt. ſit nomē dn̄i bn̄dictum.
Et illud. Nolite diligere mundū neq̄ ea q̄
in mūdo ſunt. qm̄ omne qđ in mūdo ē deſi
deriū carnis eſt et ꝯcupiſcentia oculoꝝ: et
ſupbia vite hui⁹. que nō eſt ex patre ſed de
mūdo eſt et mūdus trāſibit et ꝯcupiſcētia
eius. Scio enim ſcriptas infirmitates gra
uiſſimas liberoꝝ ⁊ maxime toxocij ſui quē
plimū diligebat. Cūq̄ illud vtute ꝯpleſſȝ
turbata ſum et nō ſum locuta. in hec verba
ꝓrupit. Qui amat filiū aut filiā ſup me nō
eſt me dignus. Et orās ad dn̄m loquebat᷑.
poſſide filios mortificatorum q̄ p te q̄tidie
mortificāt corpa ſua. Noui ſuſurronē quē-
dam qđ genus hoīm vel pniciosum eſt q̄ſi
beniuolū nūciaſſe qđ p nimio feruore vtu
tum quibuſdam videret᷑ inſana et cerebrū
illius diceret ꝯfouendū. Cui illa reſpondit
Theatrū facti ſumus mūdo et angel' ⁊ hoī
bus. Nos ſtulti ꝓpter xp̄um. ſed ſtultū dei
ſapiētius eſt hoīb9. Unde et ſaluator loq̄t᷑
ad prēm. Tu ſcis inſipientiā meā quem in
euāgelio et ꝓpinq̄ quaſi mētis impotē liga
re cupiebāt et aduerſarij ſugillabāt dicen-
tes. Demoniū hȝ ⁊ ſamaritan⁹ ē. ⁊ ī beelze
bub pricipe demonioꝝ eijcit demonia. Sȝ
nos audiam⁹ apl'm cohortantē. Hec ē gl'ia
nr̄a teſtimoniū ꝯſcie nr̄e. qm̄ ī ſctitate ⁊ ſin
ceritate et gr̄a dei ꝯuerſati ſum⁹ in h̄ mun-
do. et dn̄m dicentē ad apl'os. Jđ mundus
vos odit. q2 nō eſtis de mūdo. Si enī̄ eſſe-
tis de mūdo amaret vtiq̄ mundus qđ ſuū
erat. Et ad ip̄m dn̄m verba vertebat dicēs
Tu noſti cordis abſcōdita. et hec oīa vene
runt ſup nos. et nō ſumus obliti tui. nec ini
que egimus in teſtamentū tuū nec auerſuȝ
eſt retrorſum cor noſtrū. et ꝓpter te morti-
ficamur tota die. et reputati ſum⁹ ut oues
occiſionis. ſed dn̄s auxiliator meus non ti
mebo q̄d faciat mihi hō. Legi enī̄. Fili ho-
nora dn̄m et ꝯfortaberis. et extra deuȝ nul
lum metueris. Hijs ⁊ talib9 teſtimonijs q̄
ſi armatura xp̄i. et aduerſus q̄dem omnia
vicia. ſed p̄cipue inſtruebat ſe ꝯtra inuidiā
ſeuientē: et patiendo iniurias furorē rabi-
di pectoris mitigabat. Deniq̄ vſq̄ ad diē
mortis et huius patiētia et alioꝝ zel⁹ oīm-
bus patuit qui ſuū rodit auctorē. ⁊ duȝ e-
mulū ledere nitit᷑ in ſemetip̄m ꝓprio furo-
re bachatur.

J Dicā ⁊ de ordine mo
naſterij quō ſanctorum ꝯtinentiā in ſuum
cōuerteret lucruȝ. Seminabat carnalia vt
meteret ſpiritualia. dabat terrena ut cele-
ſtia tolleret. p̄dia ꝯcedebat ut p hijs eter-
na mutuaret. Poſt viroꝝ monaſteriū qđ
viris tradiderat gubernandū plures vgi-
nes q̄s e diuerſis ꝓuīcijs cōgregarat tā no
biles q̄ medij ⁊ infimi generis in tres tur
mas monachoꝝ diuiſit. ita dumtaxat ut ī
ope et cibo ſepate in pſalmis et orōib9 iū-
gerentur. Poſt alleluia cantatū quo ſigno
vocabant᷑ ad collectam. nulli reſidere licitū
erat. ſed prima vel inter primas veniens ce
teras operiebatur. pudore et exēplo ad la-
borē eas ꝓuocans nō terrore. Mane hora
tercia ſexta nona veſpera noctis media per
ordinē pſalteriū canebant. nec licebat cui-
q̄ ſororū ignorare pſalmos. necnō de ſcrip
turis ſanctis aliquid quotidie diſcere. Die
tamē dn̄ico ad eccleſiam ꝓcedebant. ex cu-
ius habitabant latere. et vnūquodq̄ agmen
matrem ꝓpriā ſequebat᷑. Atq̄ inde pariter
reuertētes īſtabāt opi diſtributo. et vl' ſibi
vel ceteriſ indumēta faciebāt. Si q̄ erat no
bilis nō ꝑmittebat᷑ nec de domo ſua habe-
re comitē. ne veterū actuū memor ⁊ laſciui
entis infantia errorem fabricaret antiquū
et crebra confabulatōne renouaret. Unus
omnium habitus: lintheamine ad tergen-
das ſolū manus vtebantur. A viris tāta

ſepatio. vta ſpadonib⁹ q̄ȝ eas ſcīūgeret nec
vllaȝ daret occaſionē lingue maledice que
ſanctos carpe ſolita eſt in ſolaciū delinquē
di. Siqua vo vel tardioꝛ erat vel nō inue-
niebat̄ ad pſalmos ⁊ in ope pigrioꝛ. varijs
eā modiſ aggrediebat̄. Si erat iracūda blā
dicijs. ſi patiēs in coꝛreptōe illud apl'i imi
tans. Quid vultis. in virga veniā ad vos:
an in ſpiritu lenitatis ⁊ māſuetudinis exce
pto victu atq̄ veſtitu nullaȝ habere q̄d rei
patiebat̄: dicente paulo. Habētes victū et
veſtitū hijs ꝯtenti ſimus. ne conſuetudine
plus habēdi p̄beret locū auaricie que nul-
lis explet̄ opibus. et q̄nto pl⁹ habuerit pl⁹
req̄rit. et neq̄ copia neq̄ inopia minuitur
Iurgātes inter ſe ſmone blādiſſimo fede-
rabat: laſciuientē adoleſcentularū carnem
crebris ac duplicatis frāgebat ieiunijſ. ma
lens eas ſtomachū dolere q̄ mentem. Si
vidiſſet aliquā comptōrem ꝯtractōe frōtis
et vultus triſticia arguebat errātē dicens.
Mundiciā coꝛpis atq̄ veſtitus aie eē im-
mundiciā. et turpe vbum atq̄ laſciuū nun
q̄ vgineo oꝛe ꝓferendū. quibus ſignis li-
bidinoſus anim⁹ oſtendit̄. et ꝑ exterioꝛē ho
minē interioꝛis hoīs vicia demonſtrantur.
Quā linguoſam ⁊ garrulā ⁊ ꝓcacē riſu ri
riſuq̄ ꝑſpexerat delectari. et ſepi⁹ ꝯmonitā
nolle ꝯuerti. inter vltimas ⁊ extra ꝯuentū
ſoroꝛū ad foꝛes triclinij oꝛare faciebat. ⁊ ſe
ꝑatim cibū cape vt quā obiurgatio nō coꝛ
rexerat pudoꝛ emēdaret. Furtū q̄ſi ſacrile-
giū deteſtabat̄. et qd̄ inter ſeculi hoīes vl'le
ue putat̄ vel nihil: h' in monaſterijs grauiſ
ſimū dicebat eſſe delictuȝ. Quid
memoꝛē clementiā ⁊ ſedulitatē in egrotan
tes q̄s miris obſequijs ⁊ miſterijs ꝯfoue-
bat. Cūq̄ alijs lāguentib⁹ large p̄beret oīa
⁊ eſum q̄ȝ exhiberet carniū. ſi quādo ipa e-
grotaſſet ſibi nō indulgebat. ⁊ in eo inequa
lis videbat̄: q̄ in alijſ clementiā. in ſe duri
ciā ꝯmutabat. Nulla iuuenū puellarū ſa-
no et vegeto coꝛpe tante ſe dederat ꝯtinen-
tie q̄nto ipa fracto ⁊ ſenili debilitatoq̄ coꝛ
puſculo. Fateoꝛ in hac re ꝑtinacioꝛ fuit vt
ſibi nō ꝑceret. ut nulli crederet admonenti
referā qd̄ expꝑtus ſum. Menſe iulio feruē
tiſſimis eſtibus incidit in ardoꝛē febris. et
poſt deſperatōem cū dei miſericoꝛdia reſpi
raſſet. et medici ſuaderēt ob refectōem coꝛ
poꝛis vino op⁹ eſſe tenui ⁊ paruo ne aquā
bibens in ydꝛopen vteret̄. Et ego clam be-
atū papam epiphaniū rogarem vt eā mo-
neret: īmo ꝯpelleret vinū bibere. vt erat pru
dens et ſolertis ingenij ſtatim ſenſit inſidi
as. et ſubridens meū eſſe qd̄ ille diceret in
timauit. quid plura. Cū btūs pontifex poſt
multa hoꝛtamenta exiſſet foꝛaſ q̄renti mihi
q̄d egiſſet. reſpondit. Tantū ꝓfeci ut ſeni
homini pene ſuaſerit ne vinuȝ bibam. Hec
refero nō q̄ incōſiderāter et vltra vires ſū
pta onera ꝓbeȝ monēte ſcriptura. Supꝛa
te onus ne leuaueris. ſed q̄ mētis ei⁹ fer-
uoꝛē et deſideriū fidelis anime ex hac quo-
q̄ ꝓbare velim ꝑſeuerantia dicētis. Siti-
uit in te anima mea q̄ multipliciter tibi et
caro mea. Difficile eſt modū tenere ī oīb⁹.
Et ve iuxta philoſophoꝛū ſententiā. meſo
tes aretes yperbolai kakilim qd̄ nos breui
ſententiola exprimere poſſumus ne q̄d ni-
mis. Que ī ꝯtemptu cibo꞉ tantā habebat
ꝑtinaciā. in luctu mitis erat. et ſuo꞉ moꝛti-
bus frangebat̄ maxime liberoꝛū. Nā in vi
ri ⁊ filio꞉ doꝛmitōe ſꝑ periclitata ē. ⁊ cum
os ſtomachūq̄ ſignaret et matris doloreȝ
crucis niteret̄ impꝛſſione linire ſupabat̄ af
fectu. et credulā mentē ꝑentis viſcera cō-
ſternabant. animoq̄ vincēſ fragilitate coꝛ
poꝛis vincebat̄. Nō ſemel lāguoꝛ arripiēs
longo tp̄e poſſidebat. vt et nobis inq̄etudi-
nem ⁊ ſibi diſcrimen afferret. In q̄ illa le-
tabat̄ ꝑ momēta ꝯmemoꝛās. miſer ego hō
q̄s me liberabit de coꝛpe moꝛtis huius.
Dicat prudēs lectoꝛ ꝓ laudib⁹ me vitupe
ratōem ſcribere. Teſtoꝛ ihm̄ cui ⁊ illa ſui
uit et ego ſeruire cupio me in vtrāq̄ ꝑtem
nihil fingere. ſed q̄ſi xp̄ianū de chꝛiſtiana q̄
ſunt va ꝓferre. i. hyſtoꝛiā ſcribere nō pani
gericū: et illius vicia alioꝛū eſſe virtutes.
Vicia loquoꝛ ſm animū meū et omniū fra
trum ac ſoroꝛū deſideriū qui illā diligim⁹
⁊ abſentē q̄rimus. ceterū illa impleuit cur-
ſum ſuū. fidemq̄ ſeruauit. et nūc fruit̄ co-
rona iuſticie. ita et vidimus in ciuitate do
mini virtutū in ciuitate dei noſtri.
O beata rerū ꝯmutatio. fleuit vt ſꝑ rideret

deſꝑerit lacus contritos ut fontē dn̄i reperi
ret. veſtita eſt cilicio vt nūc albis veſtibꝫ v/
teret͛ et diceret. Sciſdiſti ſaccū meū et in/
duiſti me leticia. Cinerē ſicut panē mādu/
cauit et potōem ſuam cū fletu miſcebat di
cens. Fuerūt mihi lacrime mee panes die
ac nocte. vt in eternū pane angeloꝝ veſce/
ret͛ et canerꝫ. Guſtate et videte qm̄ ſuauis
eſt dn̄s. et eructauit coꝛ meū verbū bonum
dico ego opa mea regi. Et yſaie imo dn̄i ꝑ
yſaiam in ſe cerneret v͛ba ꝯpleri. Ecce qui
ſeruiūt mihi manducabūt. vos aūt eſurie/
tis. ecce ſerui mei bibunt. vos autē ſitietis.
ecce q̄ ſeruiūt mihi letabunt͛. vos aūt ꝯfun
demini. ecce qui ſeruiūt mihi exultabūt in
gaudio. vos autē clamabitis ob doloꝛē cor/
dis. et ꝓpter ꝯtritōem ſpiritus vlulabitis
Dixerā lacus eam ſꝑ fugiſſe cōtritos ut fō
teꝫ dn̄i repiret, ut poſſet leta cātare. Sicut
deſiderat ceruus ad fontes aquarū. ita deſi
derat aīa mea ad te deus. qn̄ veniā et appa/
rebo ante faciē dei. ¶ Tangā ergo breuiter
quō hereticoꝝ ſcenoſos deuitauerit lacus
ꝛ hoſ inſtar habuerit ethnicoꝝ. Quidā eī
veteratoꝛ callidus atqꝫ vt ſibi videbat͛ do/
ctus ac ſciolus me neſciēte cepit ei ꝓpone/
re queſtiones et dicere. Quid peccauit in/
fans ut a demone corripiat͛. In qua etate
reſurrecturi ſumus in ip̄a qua moꝛimur. er
go nutricibꝫ opus erit. Si in altera nequa
qꝫ erit reſurrectio moꝛtuoꝝ. ſed trāſfoꝛma
tio in alios. diuerſitas quoqꝫ ſex⁹ maris ac
femīe erit an nō erit. Si erit ſeqͣtur ꝛ nu
ptie et cōcubitus ꝛ generatio. Si non erit
ſublata diuerſitate ſexus eadē coꝛꝑa nō re/
ſurgunt. aggrauat enim terrena habitatio
ſenſum multa cogitantē. ſed tenua ꝛ ſpiri
tualia dicēte aplō. Seminat͛ coꝛpus aīale
et reſurget coꝛpus ſpūale. Ex quib⁹ omni
bus ꝓbare cupiebat rōnales creaturas ob
quedā vicia et antiqua peccata in coꝛꝑa eē
dilapſas. et ꝑ diuerſitate ac meritis pecca
toꝝ tali vel tali ꝯditōe generari. vt vl̓ coꝛ
poꝝ ſanitate gauderēt ac ꝑentū diuitijs ac
nobilitate. vel ī moꝛbidas carnes ꝛ domoſ
inopū venientes penas priſtinoꝝ luerēt de/
lictoꝝ. et p̄ſenti ſeculo atqꝫ coꝛꝑibꝫ q̄ſi car/
cere clauderent͛. Quod cū audiſſꝫ ꝛ ad me
retuliſſet indicās hoīem. mihiqꝫ incubuiſſꝫ
neceſſitas nequiſſime vipꝑere ac moꝛtifere
beſtie reſiſtendi. De qbus pſalmiſta ꝯme/
moꝛat dicēs. Ne tradas beſtijs aīas ꝯfitē
tes tibi. et increpa dn̄e beſtias calami. qui
ſcribentes iniqtatē loquunt͛ ꝯtra dn̄m mē
daciū. et eleuant in excelſum os ſuū. ꝯueni
hoīem et oꝛōnibus eius quam decipe nite
batur breui interrogatōe cōcluſi. vtrū cre
deret futurā reſurrectōem moꝛtuoꝝ an nō
Qui cū credere ſe reſpōdiſſet: intuli. Eadē
reſurgent coꝛꝑa. an altera. cūqꝫ dixiſſꝫ ea/
dem: ſciſcitatus ſum. In eodem ſexu an in
altero. Ad interrogata reticēti. et inſtar co
lubri huc atqꝫ illuc trāſferēti caput ne feri
retur. qꝛ inqꝫ taces ego mihi ꝓ te r̄ndebo.
ꝛ ꝯſequentia inferā. Si nō reſurget muli/
er ut mulier. neqꝫ maſculus ut maſcul⁹ nō
erit reſurrectio moꝛtuoꝝ. qꝛ ſexuſ membra
habet. mēbra vero totū coꝛpus efficiūt. Si
aūt ſexus ꝛ mēbra nō fuerint vbi erit r̄ſur
rectio moꝛtuoꝝ q̄ ſine ſexu nō ꝯſtat ꝛ mē/
bris. Poꝛro ſi coꝛpoꝝ nō erit reſurrectio.
nequaqꝫ erit reſurrectio moꝛtuoꝝ. Sed ꝛ
illud qꝺ nuptijs obijcis. ſi eadē mēbra fue
rint ſequi nuptias. a ſaluatoꝛe diſſoluitur.
Erratis neſciētes ſcripturaſ neqꝫ virtuteꝫ
dei. In reſurrectōe enim moꝛtuoꝝ neqꝫ nu
bent neqꝫ nubent͛. ſed erūt ſiles͛ angel̓. vbi
dicit͛. nō nubent neqꝫ nubent͛ ſexuū diuer/
ſitas demonſtrat͛. Nemo eīm de ligno et de
lapide dicit nō nubent neqꝫ nubent͛ q̄ natu
ram nubendi nō habent. ſed de his que pn̄t
nubere et xp̄i grā ac virtute nō nubūt. Qꝫ
ſi oppoſueris quō erimus ſiles͛ angelis cū
inter angelos nō ſit maſculus. nec femina
breuiter auſculta. nō ſubſtantiā nobis ange
loꝝ. ſed ꝯuerſatōem et beatitudinē repꝛo/
mittit. quō et Johānes baptiſta anteqꝫ de
collaret͛ angelus appellatus eſt. et oīs ſan
cti ac virgines dei etiā in iſto ſeculo vitam
in ſe exprimūt angeloꝝ. Qn̄ eīm dicit͛. eri/
tis ſiles͛ angelis. ſimilitudo ꝓmittit͛ nō na
tura mutatur. ſimulqꝫ reſponde. Quō illō
interp̄teris. ꝙ Thomas dn̄i reſurgentis
palpauerit manus. et viderit latus lancea
vulneratū. et Petrus in litoꝛe dn̄m ſtāteꝫ
conſpexit. et fauū mellis ac ꝑtē aſſi piſcis

ꝯmedentem. Qui ſtabat habebat ꝑfecto
pedes qui mõſtrauit latus vulneratũ vtiqꝫ
⁊ ventrẽ et pectus habuit ſine quibꝫ nõ ſũt
latera ventri ⁊ pectori coherẽtia. Qui lo-
cutus eſt lingua ⁊ palato ac dentibꝫ loque
batur. Sicut eñi plectrum cordis. ita ⁊ lin
gua illidit̃ dentibꝫ et vocalẽ reddit ſonum.
Cui⁹ palpate ſunt manus: ꝯſeq̃nter ⁊ bra-
chia habuit. Cũ igit̃ oĩa mẽbra habuiſſe
dicat̃. neceſſe eſt ut totũ corp⁹ habuerit qḋ
ꝯficit̃ ex mẽbris. nõ vtiqꝫ femineũ ſed vi-
rile. i. eiuſdem ſexus in quo mortuũ ẽ. Q
ſi obtenderis. ꝙ ⁊ nos p⁹ reſurrectõem co-
medemus. et quõ clauſis ingreſſus eſt ia-
nuis contra naturã pinguiũ et ſolidoꝝ cor-
poꝝ audies. Noli ꝓpter cibũ reſurrectio-
nis fidem in calũniã trahere. Nã ⁊ archi
ſynagogi filie ſuſcitate iuſſit ihẽs cibũ da-
ri. et laſarus quadriduanus mortu⁹ cũ ipſo
ſcribit̃ iniſſe cõuiuiũ ne reſurrectio eoꝝ fã
taſma putaret̃. Sin aũt q᷑ clauſiſ ingreſſuſ
eſt ianuiſ. et idcirco ſpirituale ⁊ ethereũ cor
pus niteris approbare. ergo ⁊ añqꝫ patere
tur. q᷑ contra naturã grauiũ corpoꝝ ſuper
mare ambulauit. et ſpiritale corp⁹ habuit.
et apl̃us Petrus q̃ et ipſe ſup aquas pẽdu-
lo inceſſit ꝙdu ſpiritale corp⁹ habuiſſe cre
dendus eſt. cũ potentia magis et vtus oſtẽ
dat̃ dei qñ aliquid fit contra naturã. Et vt
ſcias in ſignoꝝ magnitudine nõ nature mu
tatõez ſed dei omnipotentiã demõſtrare q̃
ambulabat fide cepit infidelitate mergi. ni
ſi eum manus dñi ſubleuaſſet dicẽtꝫ. Qua
re dubitaſti modice fidei. ¶ Miror autem
te obturare frontẽ loquente dño. infer di-
gitũ tuũ huc. et tãge manus meas. ⁊ porri
ge manũ tuã et mitte in latus meuꝫ: et noli
eſſe incredulus ſed fidelis. et alibi. Uidete
manus meas et pedes meos q᷑ ego ipſe ſuꝫ
Palpate et videte quia ſpũs carnẽ ⁊ oſſa
nõ habet ſicut me videtis habere. Et cum
h̃ dixiſſet oñdit e⁹ manus et pedes ¶ Oſ
ſa audis et carnẽ et pedes et manus ⁊ glo-
bos mihi ſtoycoꝝ atqꝫ aerea q̃dam delira-
menta ꝯfingis. ¶ Porro ſi q̃ris. cur infãs
a demone corripiat̃ qui peccata nõ habuit.
aut in qua etate reſurrecturi ſumuſ cum di
uerſi moriamur, ingrate ſuſcipieſ. Iudicia

tua abyſſus multa. et ꝓfunda altitudo di-
uitiarũ ſapientie ⁊ ſciẽtie dei. Qꝫ inſcrutabi
lia teſtimonia eius: et inueſtigabiles vie e⁹
Quis eñi ꝯgnouit ſenſum dñi aut q̃s ꝯſili
arius eius fuit. Etatũ aũt diuerſitas ñ mu-
tat corpoꝝ varietatẽ. Cũ enim corpa nr̃a
quotidie fluant ⁊ aut creſcãt aut decreſcãt
ꝙ tot erimus hoĩes quot q̃tidie ꝯmutamur
aut alius fui cũ decem annoꝝ eſſem. alius
cũ triginta. alius cũ q̃nq̃ginta. alius cũ iam
toto cano capite ſum. Igit̃ iuxta eccleſiaꝝ
traditões et aplm̃ Paulũ illud eſt rñdẽdũ
ꝙ in virũ ꝑfectũ et in mẽſuram plenitudi-
nis xp̃i reſurrecturi ſumuſ in q̃ etate ⁊ adã
conditũ iudei autumãt et dñm ſaluatoreꝫ
legim⁹ reſurrexiſſe. et multa alia q̃ de vtro
qꝫ teſtamento in ſuffocatõe heretici protuli
Ex quo die ita cepit hoĩem deteſtari. ⁊ oẽs
qui eiuſdẽ dogmatis erãt ut eos voce pub
lica hoſtes dñi ꝓclamaret. ¶ Hec dixi nõ
vt breuiter hereſim ꝯfutarem cui multꝭ vo
luminibus rñdendũ eſt. ſed ut fidem tante
femine oſtenderẽ. q̃ maluit inimicicias ho
minũ ſubire ꝑpetuas qꝫ dei offenſam amici
cijs noxijs ꝓuocare. Dicã ergo ut ceperaꝫ
nihil ingenio ei⁹ docili⁹ fuit. tarda erat ad
loq̃ndum et velox ad audiendũ. memor illi
us precepti. Audi iſrael et tace. ſcripturaſ
ſanctas tenebat memoriter. et cũ amarꝫ hi
ſtoriã. et illud veritatis diceret fundamen
tũ magis ſeq̃bat̃ intelligentiã ſpũalem. et
h̃ culmine edificatõem aĩe ꝓtegebat. deni
qꝫ ꝯpulit me vt vetus et nouũ teſtamentũ
cũ filia me differẽte ꝑlegerẽ. Qḋ ꝓpter ve
recundiã negans. ꝓpter aſſiduitatẽ ⁊ cre-
bras ei⁹ poſtulatões ꝓſtiti ut docerẽ qḋ di
dicerã. nõ a memetipſo. i. a ꝓſumptõis pe-
ſimo ꝑceptore. ſed ab illuſtris eccleſie virꝭ.
Sicubi heſitabã et neſcire me ingenue cõ
fitebar nequaqꝫ volebat mihi acq̃eſcere. ſꝫ
iugi interrogatõe cogebat ut e multis vari
iſqꝫ ſentẽtijs que mihi viderent̃ ꝓbabilio
ra indicarẽ. M ¶ Loquar et aliud qḋ
forſitan emulis videat̃ incredulũ. Hebre-
am linguam quã ego ab adoleſcẽtia mul-
to labore et ſudore ex ꝑte didici. et infatiga
bili meditatõne nõ deſero ne ipſe ab ea dele
rar diſcere voluit. et ꝯſecuta eſt ita ut pſal-

mos hebrayce cantaret. et ſermonē abſq;
vlla latine lingue ꝓprietate reſonaret. ¶
Quod q̄dem vſq; hodie in ſancta filia ei⁹
euſtochio cernimus que ita ſꝑ adheſit ma-
tri et eius obediuit impio. ut nunq̄ abſq;
ea cubaret. nunq̄ ꝓcederet. nunq̄ cibū ca-
pet. ne vnum q̄dez nummū haberet ptāſ
ſue. ſed et paternā ⁊ maternā ſubſtantiolā
a matre diſtribuit paupibꝫ. et pietatē ī pa-
rente hereditatē maximā et diuitias crede-
ret. ¶ Non debeo ſilentio p̄terire q̄nto ex-
ultauerit gaudio q̄ paulā neptē ſuam leta
ex toxoton genitā. īmo voto et future ꝟgi-
nitatis repromiſſione ꝯceptā audierat. in
cuius et crepitaculis balbutiēte lingua alle-
luia cantare. auieq; et amice noīe dimidia-
tis ꝟbis frangere. In h̄ ſolo patrie deſide-
riū habuit. ut filiū nurū et neptem renūcia-
re ſeculo xp̄oq; ſeruire ꝯgnoſceret qđ ⁊ im-
petrauit ex pte. Nā neptis xp̄i flāmeo ſua-
tur. nurus eterne ſe tradēſ pudicicie. ſocr⁹
opa fide ⁊ elemoſinis ſequit̄. romeq; cona-
tur exprimere qđ ihrl̄imis illa cōpleuit. ¶
Quid agis anima. cur ad mortē eius veni-
re formidas. Iam dudū ꝓlixior liber cudi-
tur dū timemus ad vltima ꝑuenire qua-
ſi tacentibꝫ nobis. et in laudibus illius oc-
cupatis differri poſſit occubitus. Hucuſ-
q; ꝓſperis nauigauimus ventis et criſpan-
tia mar̄ȝ equora labēs carina ſulcauit. nūc
ſcopolis incurrit oratio. et tumeſcētibꝫ flu-
ctuū montibꝫ p̄ns vtriuſq; monaſterij in-
tentat̄ naufragiuȝ. ita ut cogamur dicere.
p̄ceptor ſalua nos perimus. et illud. Exur-
ge ut q̄d dormis dn̄e. quis eīm poſſit ſiccis
oculis paulā narrare morientē. In grauiſ-
ſimā inualitudinē īmo qđ optabat inuenit
vt nos deſereret ⁊ dn̄o plenius iungeret̄.
In quo languore euſtochij filie ꝓbata ſꝑ ī
matre pietas. et magis ab omnibꝫ ꝯproba-
ta eſt. Ipa aſſidere lectulo. flabellū tenere.
ſuſtentare caput. puluillū ſuꝑponere. frica-
re pedes. manus ſtomachūq; ꝯfouere. mol-
lia ſtrata ꝯponere. aquā calidaȝ tempare.
mappulā apponere. omniū ancillaꝝ p̄ueire
officia. et quidq̄d alia feciſſet de ſua merce-
de putaret ſubtractū. Quibꝫ illa p̄cibꝫ. q̄bꝫ
illa lamentis ⁊ gemitu inter iacentē matrē

et ſpecum domini diſcurrit. ne priuaret̄ tā-
to ꝯtubernio. ne illa abſente viueret. ut eo-
dem feretro portret̄. Sed o mortaliū fragi-
litas et caduca natura. et niſi xp̄i fides nos
extollat ad celū ⁊ eternitas anime ꝓmittat̄
cum beſtijs et iumentis vna ꝯditio eſt cor-
porum. idem occubitus iuſto ⁊ iniuſto bo-
no et malo: mundo ⁊ immūdo. ſacrificanti
⁊ nō ſacrificanti. ſicut bonus ita ⁊ q̄ peccat
ſicut qui iurat. ſic ⁊ is q̄ iuramentū metuit
ſimiliter et hoīes et iumenta in fauillā et ci-
nerē diſſoluunt̄. ¶ Quid diu differo ⁊ do-
lorem meū in alijs immorando facio lōgio-
rē. ſentiebat prudentiſſima feminarū adeſ-
ſe mortē. ⁊ fringēte alia pte corpiſ atq; mē-
brorū ſolū anie tepore in ſancto ⁊ ſacro pe-
ctore palpitare. et nihilominus q̄ſi ad ſuoſ
pgeret alienoſq; deſpiceret. illos ꝟſiculos
ſuſpirabat. Dn̄e dilexi decorē domus tue.
⁊ locū habitatōis glorie tue. ⁊ q̄ dilecta ta-
bernacula tua dn̄e virtutū ꝯcupiſcit ⁊ defi-
cit anima mea in atria dn̄i. Itē. elegi abie-
ctus eſſe in domo dei mei magis q̄ habita-
re in tabernaculis peccatoꝝ. Cūq; a me in-
terrogaret̄. cur taceret: cur nollet rn̄dere in-
clamanti. an doleret aliquid. greco ſermo-
ne reſpōdit. nihil habere moleſtie. ſȝ oīa
q̄eta et trāquilla reſpicere. Poſt hec obmu-
tuit. et clauſis oculis quaſi humana deſpi-
ceret vſq; ad expiratōem anime eoſdem re-
petebat ꝟſiculoſ. vix ⁊ aure apposita quod
dicebat audire poſſem⁹. digitūq; ad os te-
nens crucis ſignū pingebat in labijs. De-
fecerat ſpiritus et anhelabat in mortē. aī-
maq; erumpe geſtiens ipm ſtridorē q̄ mor-
hānis baptiſte poſitā iuxta iordanē ꝯſpexi.
⁊ in eodē templo ingreſſa adorās ꝯtinuo in
iordanē deſcēdi. et ex illa ſancta aq̄ manus
⁊ faciē laui. Cōmunicaui aūt viuifica ⁊ in/
temerata xp̄i dn̄i ſacramēta in eadē ſancta
ꝑcurſoris et baptiſte Johānis baſilica. et
tunc vnius panis medietatē ꝯmedi. et ex
aqua bibi noctu in terra q̄ſcens. Luceſcē/
te craſtino in ꝑtem aliam trāſiui. ⁊ iterum
petij ductricē meā virginem mariā vt mi/
hi dirigeret vbi ei placitū eſſet. Deueni au
tem in hāc ſolitudinē. et a tūc vſqꝫ hodie e/
longaui fugiēs: expectās deū meū. q ſaluos
facit a puſillo aīo et ꝓcella eos qui ꝯuertū
tur ad ipm̄. Zoſimas autē dixit. Quot
anni ſunt o dn̄a ex quibus hanc inhabitas
ſolitudinē. Reſpondit mulier. Quadragī
taſeptē anni ſunt ut ꝯſidero ex q̄ ō ſancta ci
uitate egreſſa ſum. Dixit aūt zoſimas. Et
quid inuenire ad eſum potuiſti o mi dn̄a.
Reſpondit mulier. Duos ſemis q̄dem pa
nes deportās iordanē tranſmeaui. qui poſt
modicū areſacti quaſi lapides obdurauerūt
ex quibus modicū quidūiſqꝫ ad aliquoſ an
nos ꝯmedens trāſegi. Dixit autē zoſimas
Et ſic abſqꝫ dolore trāſiſti tāti tpis longi/
tudinem. nihil repentine immutatōis ꝯtur
bantiſ te ſentiēs calorē. Et illa dixit. Rem
nūc me interrogas quā dicēs valde ꝯtre/
miſco. Si ad narratiōem venero tantoꝝ q̄
ſuſtinui ꝑiculoꝝ et cogitationūꝫ que iniq̄
turbauerūt me timeo ne iterū ab eiſdē tri/
bulatōem patiar. Dixit zoſimas. Nihil re
linq̄s o dn̄a quod nō indices. Semel enīꝫ
in hoc te manifeſtaꝫ cognouimus ordine.
oīa te indiminute opꝫtet nos edocere. Illa
autē dixit ei. Crede abba decē ⁊ ſeptē ānis
feris immāſuetis et irratōnabilibus relu/
ctās deſiderijs. dū cibū initiabā deſiderio
mihi erāt carnes. ꝯcupiebā piſces q̄s egi/
ptus habebat. deſiderabā etiā vinū delecta
bile mihi. Multū eīm delectabar in vino. ⁊
ſuꝑabundantius vſqꝫ ad ebrietatē bibebā
⁊ nunc mihi erat valde in deſiderio. eo ꝙ
multū vterer dū eſſem in ſeculo. Hic auteꝫ
inq̄ꝫ oīno guſtādi nō habēs vſum vehemen
tiſſime vrebar ⁊ ſuſtinebā neceſſitatꝫ ꝑicu/
lū. Fiebat aūt mihi et de luxurioſis cāticis
nimiū deſideriū. ꝑturbāſ et reducēs ad me
moriā demonioꝝ cantica decātare q̄ in ſe/
culo didicerā. Mox aūt lacrimās et pectuſ
meū manu ꝑcutiēs. meipam ad memoriaꝫ
deducebā de ꝯuenienti fide dictōis quā fe
ceraꝫ egrediens ꝯtra hāc ſolitudinē. Veni
ebam autē ꝑ cogitatōem ante imaginē dei
genitricis marie. q̄ me in fide ſua ſuſcepit. ⁊
ante illā plorabā vt effugaret a me cogita/
tiones que miſerrimā aīam meā affligebāt
Dn̄ aūt ſuꝑflue dolenterqꝫ lacrimabar. et
viriliter pectus meū tundebā. tūc videbaꝫ
lumen vndiqꝫ circūfulgēs me. et ſerenitas
mihi quedam ſtabilis mox fiebat. Cogita/
tōes autē que ad fornicatōem iterū iterūqꝫ
ꝯpellebāt me. quō tibi enarrare poſſuꝫ. Ab
ba ignoſce. Ignis intus infelix corpuſ meū
nimius ſuccēdebat. et totam me ꝑ omnia
exurebat. ⁊ ad deſideriū cōmixtionis tra/
hebat. Dum mihi ergo talis aſcēderet co/
gitatio. ꝓſternebam meipam in terrā. ⁊ la
crimis terrā infundēs. ipam mihi vaciter

aſtātē videbā q̄ me ī fide dixerāt. minātē
mihi ꝯpellatōe q̄ſi p̄uaricāti. ⁊ penaſ p̄uari
catōis īminētes ira mucrōiſ ꝯ̄ me agentez.
Nō aūt aū ſurgebam de terra niſi pri⁹ illa
dulciſſima lux illuminaret me ſolito. et co/
gitatōes ꝑturbantes me effugaret. Sꝑ ita
qꝫ cordis mei oculos ad illā fideiuſſorē me
am ſine ceſſatōe erigebā: dep̄cans eā auxili
ari mihi in hac ſolitudine. et pn̄te habui ad
iutricē ⁊ coadiutricē ip̄az que genuit caſti
tatis auctorē. et ſic decē ⁊ ſeptē annoꝝ cur/
riculū ꝑiculis multis ut dixi reluctās vſqꝫ
hodie adiutoriū meū dei genitrix mihi aſti
tit virgo bn̄dicta. ꝑ oīa et in oīb⁹ me diri/
gens Z Dixit aūt Zoſimas. Nō ex
hibuiſti cibū aut veſtimentū. Et illa dixit.
Panes q̄dem illos ſicut dixi expendēs per
decē et ſeptem annos. deinceps nutriebar
herbis q̄ inueniebanṫ ꝑ ſolitudinē. Indu/
mentū aūt qđ habui trāſmeato iordane ni
mia vetuſtate ſciſſuz et ꝯſumptū eſt. Mul
tam aūt glaciali frigore eſtuſqꝫ ardore ne/
ceſſitatē ſuſtinui. ꝯcremata eſtus incendio
⁊ nimio frigoris gelu. rigeſcēs corꝑe ⁊ tre/
mens multotiēs in terrā cadēs pene abſqꝫ
ſpū iacebā immobilis. multis ⁊ diuerſ ne
ceſſitatib⁹ ⁊ tēptatōib⁹ imenſis eluctās. et
ab illo die vſqꝫ ad hāc virt⁹ dei multꝫ mo/
dis aīam ⁊ corpus meū cuſtodiuit. Recor
dans eīm de q̄lib⁹ malis liberauit me dn̄s
eſca enutrior incōſūmabili. et ſatietatꝫ pol/
ſideo epulas ſpem ſalutis mee. Nutrior āt
⁊ cooꝑior tegmine v̄bi dei q̄ ꝯtinꝫ oīa Nō
in ſolo pane viuit hō. et nō hn̄tes oꝑimētū
petre circūdate ſunt tegmīe hij qui ſe pecca
ti exſpoliauerūt tunicā. Audiēs aūt zoſimaſ
q̄m ſcripturarū teſtimonia ꝓferebat ex li/
briſ Moyſi vicꝫ. et beati Job ſiue pſalmo
rū dixit ad eā. Pſalmos o mater didiciſti.
vel alios libros ſacre ſcripture legiſti. Illa
aūt hoc audiens ſubridens dixit ad eū. Cre
de mihi pr̄. nō vidi hoīem ex q̄ iordanē trā
ſiui niſi te hodie. ſed neqꝫ ferā aut aliō aīal
qualecūqꝫ ex quo in hāc deueni ſolitudinē
Lraſ autē nunqꝫ alicubi didici. ſꝫ neqꝫ pſal
lentē neqꝫ legentē aliquē auſcultaui. Ser
mo autē dei viuus ⁊ efficax ē. intellectū in
trinſecus docens hūanū. Hucuſqꝫ finiſ

eorū que in ea ſunt. Nūc aūt obſecrās q̄ſo
te ꝑ incarnatōem v̄bi dei ut ores ꝓ me lu/
xurioſa. Et cum hec dixiſſet cucurrit ſenex
⁊ genu flexo ſe in terrā ꝓſternens cū lacri/
mis exclamauit dicēs. Bn̄dictus de⁹ q̄ fa/
cit mirabilia magna ſolus glorioſa ⁊ vehe/
mēter ſtupenda: quib⁹ nō eſt numer⁹. Be
nedictus es dn̄e deus q̄ oſtendiſti mihi q̄n
ta largiris timētib⁹ te. Vere eīm nō derelin
q̄s q̄rentes te dn̄e. Illa aūt app̄hendēs ſe/
nem nō ꝑmiſit in terrā ꝑfecte ꝓſterni. ſed
dixit ei. Hec q̄ audiſti hō obteſtor te ꝑ dn̄ꝫ
noſtrū ihm̄ xp̄m ſaluatorē noſtrū nemī di
xeris quoaduſqꝫ de⁹ de vinculo carnis ab
ſoluat me. His omnib⁹ acceptis vade ī pa
ce. et iterū hoc eodē tp̄e trāſeunte anno ap
parebo tibi et videbis me dei nos gubernā
te gratia. Fac aūt ꝓpter dn̄m qđ nunc tibi
iniūgo. In ſacris ieiunijſ recurrētib⁹ anni
futuri nō trāſeas iordanē. ut ꝯſuetudinem
habetꝫ agere in monaſterio. Stupebat aūt
zoſimas audientē q̄m ⁊ canonē ſiue regulā
mōaſterij edicebat. nihilqꝫ aliud clamabat
niſi gl̄iam deo. qui maiora q̄ꝫ petiṫ diligēti
bus ſe largiṫ. Illa aūt dixit. Suſtine ut di
xi abba in monaſterio neqꝫ eīm ⁊ ſi volueriſ
exire quoqꝫ valebis. Veſꝑe aūt ſacratiſſi/
me dn̄ice cene accipe diuini corꝑis et viui
fici ſanguinis portōem in vaſe ſacro digno
qꝫ tāti miſterij. ⁊ afferēs ſuſtine me in ꝑte
iordanis q̄ ꝯtingiṫ ſeculo. et veniēs viuifica
accipiā dona. Ex q̄ enim ī eccl'ia beatiſſimi
p̄curſoris priuſ q̄ꝫ trāſirem iordanē ꝯmuni
caui. deinceps vſqꝫ nunc nunq̄ꝫ ꝯmunica/
ui. nunqꝫ vſqꝫ nūc ſanctificatōis hui⁹ vſa
ſum ſacramentis. ⁊ ideo dep̄cor dep̄catōez
meā nō negligaſ. ſꝫ affer ut dixi viuifica at
qꝫ diuina miſteria ea hora qua dn̄s diſci/
pulos diuine cene ꝑticipes fecit. Johanni
aūt abbati monaſterij in quo habitas dici/
to. Attende tibi ip̄i et gregi tuo. aliq̄ eī ſūt
ibi digna emendatōe. ſed nūc nolo te ea ſi/
bi edicere. ſed q̄n tibi p̄cepit dn̄s. Hec di/
cens et orōem a ſene poſtulās. ad interiorē
ſolitudinē velocius feſtinauit. Zoſimaſ au
tem ꝓſternens ſe oſculabaṫ terre locū in q̄
eius veſtigia ſteterāt. danſqꝫ gl̄iam deo. et
immēſas gr̄as agens reuerſus eſt laudās

et bñdicens dñm̄ noſtrū ihm̄ xp̄m. Iteruꝫ
ergo remeans ꝑ viā ſolitudis ↄiūxit ſe fra
tribus in monaſterio eo tp̄e quo reuerti cō
ſueuerant hij q̄ ibidē morabant̄. Et totū q̄
dem annū illū tacuit nihil audens ex his q̄
viderat enarrare. In ſeip̄o aūt dep̄cabat̄
deū ut iterū ei oñderet deſiderabilē vultuꝫ.
Suſpirabat autē annualiſ curſus ↄſiderāſ
tarditatē. Quādo ergo aduenit ſacra ieiu
nioꝝ initiata dñica mox poſt ſolitā orōnem
alij q̄dem pſallentes exierūt. ip̄e aūt modi-
ca febris infirmitate detētus māſit int⁹ in
monaſterio. A ¶ Recordatus eſt autē
zoſimas ſancte illius p̄dictū ſibi ſmonem.
q꞉ neq̄ volens exire valebis. Aliq̄ntis aūt
elapſis diebus ab infirmitate ſubleuatus
in monaſterio ↄuerſabat̄. Qñ aūt mona-
chi ſunt reuerſi et ↄiūcti veſp̄e ſacrate cene
dñice fecit qđ ei iuſſum fuerat. et mittēſ in
modico calice intemerati corp̄is xp̄i portio
nem. et p̄cioſi ſanguis dñi noſtri ihū xp̄i.
poſuit in caniſtro caricas modicas ⁊ pal-
marū fructus. i. dactilos. et parū lenticule
aquis infuſe. ⁊ venit tarde hora iam veſp̄a.
⁊ ad litus iordanis ſedebat: aduentū p̄ſto
lans ſancte mulieris. Beatiſſima auteꝫ illa
tardante zoſimas nō dormitauit. ſꝫ ſolicite
attēdebat ſolitudinē ſuſtinēs qđ videre de
ſiderauit. Dicebat autē ſenex in ſemetip̄o.
Nunq̄d veniēs nō me inuenit et reuerſa ē
Hec dicens flebat. et oculos eleuās in celū
ſuppliciter deū dep̄cabat̄ dicēs. Nō me ali
eneſ dñe videre iterū quā videre me tribuiſ
ſti. nō vadā vacu⁹ peccata mea portāſ ī in-
crepatōe. Hec orās cū lacrimis alia in eum
cogitatio incidit. Quid inq̄t ⁊ ſi venerit fa
ciet. Quō trāſiet iordanē q꞉ nauicula nō ē.
Qualiter aūt ad me indignū ꝑueniet. Heu
me infelicē. heu quis me tā iuſte ſpeciei ali
enauit. Hec ſene cogitante. et ecce illa ſan
cta aduenit. ⁊ in p̄te alia flumis ſtetit. Zo-
ſimas autē videns eā ſurrexit gaudens. et
exultans nimis: glīficans deuꝫ. Luctamen
aūt certaminis in eius fluctuabat cogitati-
onis intentōe q꞉ nō p̄t iordanis trāſire flu-
enta. ¶ Et reſpiciens ſenex vidit eā vexillo
crucis aquas iordanis ſignantē. Toti⁹ tūc
noctis tenebras ſplēdor illuminabat lune.
quia tp̄us recurſus illius tūc erat. Statiꝫ
autē ut ſignū crucis imp̄ſſit aſcendit ſuper
aquas. et ambulās ſuꝑ liquidū equoris flu
ctum veniebat quaſi ꝑ ſolidū iter. Zoſimaſ
aūt ſtupens et genua flectere nitēs. clamās
deſuꝑ aq̄s mulier, ꝓhibuit eū dicēs. Quid
facis abba. q꞉ ſacerdoſ dei es et diuia portaſ
miſteria. Qui ſtatim obediuit dicēti. Illa
aūt deſcendēs de aq̄s dixit ſeni. Benedic
pater bñdic. Ille aūt cū magna feſtinatiōe
rñdit. Stupor eñi nimi⁹ inuaſerat eū in taꝫ
glīoſo miraculo et dixit. Uere nō mētitur
deus qui pollicitus eſt ſibi ſilēs eſſe eoſ qui
ſe ſemetip̄os purificāt. Glīa tibi dñe ihū
xp̄e deus nr̄ q̄ oſtēdiſti mihi ꝑ hāc ancillā
tuā quantū mee ↄſideratōiſ inferior ſū mē
ſura vere ꝑfectōis. Hec dicēte poſtulauit
mulier ſanctū dicere ſimbolū. et ſic dñicaꝫ
inchoare orōem. Et expleto pr̄ noſter q̄ es
in celis ſicut mos eſt pacꝭ oſculū obtulit ſe
niori. et ſic viuifica miſteriorū ſanctorū ſu-
ſcipiens dona extēſis in celū manibꝫ ⁊ in-
gemiſcēs cū lacrimis ita clamauit dicens.
Nūc dimittis ancillā tuā dñe ſm̄ vbū tu
um. Quia viderūt oculi mei ſalutare tuū.
Et dixit ſeni. Ignoſce abba. et aliud petiti-
onis mee imple mandatum. Uade nūc ad
monaſteriū dei pace gubernatus. Poſt re
curſum aūt anni aduenietis iteꝝ veni illū
torrentē in quo tecū prius ſum locuta. ꝓ-
ſus nō omittas quin venias et videbis me
iterū q̄liter deus voluerit. Ille aūt rñdit ad
eā. Utinā eſſet poſſibile nūc tua ſeq̄ veſtigia
⁊ tui p̄cioſiſſimi vultuſ viſione ꝑfrui. Oro
mater vt vnā ſenis peticiunculā facias. et
modicū cibi ex eo qđ huc attuli digneriſ ac-
cipe. Et hec dicens oſtēdit ei qđ ſecū detu
lerat caniſtrū. Illa aūt extremis digitis lē
ticulā cōtigit: ⁊ tria tollens grana ꝓprio in
tulit ori ſufficere dicēs grām ſp̄ūs vt cuſto
diret aīe ſubſtātiā immaculatā. Tūc dicit
ſeni. Ora, ꝓ me ꝓpter dñm. ⁊ mee infelicita
tis memor eſto. Ille pedes ei⁹ ſctōs ↄtin-
gens cū lacrimis dep̄cabat̄ ut oraret ꝓ ec-
cleſia et imperio et ꝓ ſe. et dimiſit abire fleſ
⁊ eiulans. nō enim audebat eā multū deti-
nere. que nec ſi vellet poterat detineri. Illa
autē iteꝝ crucis imp̄ſſione iordanē ſignās

aſcendit.ambulanſq; ſup liquidū iordanis
elementū trāſiuit ſicut ātea veniēs fecerat.
Senex aūt reuerſus eſt gaudio ⁊ tremore
nimio repletus ſemetipm̄ repꝛhendebat pe/
nitēs.qꝛ nomē ſcē vt ↄgnoſceret nō inq̄ſi/
uit.ſperabat tū hoc aduenīēti cōſequi anno
¶ Trāſacto aūt eodem anni curſu venit ite
rū in vaſtā deſerti ſolitudinē.Expletꝫ oibꝫ
ſm ↄſuetudinē feſtinās ad illā glorioſaꝫ vi
ſionē intuendā. pambulāſq; ſolitudīs iter
⁊ inueniēs aliqua cupiti loci īdicātia ſigna
dextra leuaq; aſpiciēs intuituq; oculorū de
ducens.luſtrabat vbiq; ſicut ſciētiſſimus
venator.ſicubi ſuauiſſimā reptam ↄphen/
deret ferā. Cū vo nullo mō aliquid quaq̄
verſū ↄſpiceret.cepit ſeipm̄ lugēs infunde
re lacrimis. Tūc eleuās oculos orādo di/
cebat. Ōnde mihi dn̄e in corpe angelum
cui totus ↄpari nō dignꝰ eſt mūdus. Hoc
orādo venit ad locū qui ī ſolitudinē fuerat
deſignatus torrētis.et in extremo eiꝰ ſtanſ
vidit in pte ſupiori ſplendentē ſolē.⁊ aſpi
ciens vidit corpꝰ ſancte mortuū iacens.et
manus ac pedes ut optet ↄpoſitas.ipm̄ vo
corpus ad orientē aſpiciēs . Currēs igit̄ la
crimis lauit btīſſime pedes.nō eñ aliud cor
pis eius membrū audebat ↄtingere Lacri
māns aūt aliq̄diu ⁊ pſalmoſ dicēs tpi ⁊ rei
ↄgruētes.fecit ſepulture orōem ⁊ dicebat
ſibijpi. Forſitan nō ↄplacet ſancte hec fieri
Hec eo cogitāte : deſignata ſcriptura erat
in terra.vbi hec legebant̄. Sepeli abba zo
ſima miſere marie corpuſculū et redde ter
re qd̄ ſuū eſt.et puluerē adijce pulueri.ora
tamē ꝓ me ad dn̄z. Trāſeūte mēſe parme/
nothi ſm egiptios q̄ eſt ſm romanos april̄
die nona nocte.id ē quinto ydus aprilis ſa
lutifere paſſionis pꝰ diuine et ſacre cene cō
munionē. Has lr̄as ſenex cū legiſſet cogi/
tabat q̄dem prius q̄ſnam eſſet q̄ ſcripſit.il/
la enim vt dixerat lr̄as ignorabat.in h̄ tū
valde exultās gaudebat:qꝛ eius ſanctū di
dicerat nomē. Cognouit vo qꝛ mox ut di/
uina miſteria in iordane pticipauit eadem
hora in locū illū venit vbi mox de hoc mun
do trāſijt.et idem iter qd̄ zoſimas ꝑ viginti
dies ambulās vix ↄſummauit laborāſ: vni
us hore curſum maris ↄſumpſit.et ſtatī mi

grauit ad dn̄m B Glorificās aūt do
minū Zoſimas:et lacrimis corpꝰ eiꝰ infū/
dens.tēpuſ eſt inq̄t miſer zoſima:qd̄ iuſſuꝫ
eſt pfice. Sed q̄d faciā infelix.qꝛ vn̄ fode/
re valeā nō habeo. Deeſt ſarculꝰ.nō eſt ra
ſtrū.nihilq; ex omnibꝫ p̄ manibus habet̄.
Hec eo in corde ſuo dicēte ſecrete.modicū
ↄſperit lignū iacēs:qd̄ aſſumēs cepit fode
re. Valde aūt dura erat terra ⁊ valde for/
tiſſima.et nequaq; valebat ſenex fodere il/
lā .qꝛ et ieiunio cōfectus et longi itinerꝫ fa
tigatōe nimis erat defectus. Laborabat eñ
⁊ ſuſpirijs nimijs vrgebat̄ ⁊ ſudoribꝫ ma/
defactꝰ ingemuit grauiter ex ipo cordis ſui
ꝓfundo. Et reſpiciēs vidit ingētis forme
leonē iuxta corpus ſancte ſtantē et eiꝰ plā/
tas lambentē. Vidēs aūt pauore ↄtremuit
p̄ pauore grādiſſime fere illiꝰ.ꝑcipue qꝛ au
dierat ſanctā dicentē.qꝛ nunq; aliquaꝫ ibi
ferā viderat. Signo aūt ſe crucis ↄfirma/
uit vndiq;.credens qꝛ illeſum eū cuſtodire
valet virtus iacētis. Leo aūt cepit ānuere
ſeni blādis cū motibꝫ ſalutās. Zoſimaſ au
tem dixit. Qm̄ a deo miſſus veniſti o maxi
me ferarū vt huiꝰ dei famule corpus terre
ↄmendet̄ opꝰ exple officij. Et iuſſit leonem
ſepelire eiꝰ corpus. Ego enim inq̄t ſenectu
te ↄfectus nō valeo fodere.ſed nec ↄgruuꝫ
q̄d habeo ad h̄ opus exercendū. et iterū iti/
neris tanti lōgitudinē ꝑperare non valeo
vt afferā. tu diuino iuſſu hoc opus cū vn/
gulis facito: ut ↄmendet̄ terre h̄ ſctm̄ cor/
puſculū. Continuo aūt iuxta ſenis ſmonē
leo cū brachijs et vngulis ſuis fecit foueā
quantū ad ſepeliendū ſancte corpuſculum
poſſet ſufficere. Senex vo lacrimis pedes
eiꝰ abluens et multipliciter effuſa p̄ce ero
tās ꝓ omnibꝫ eā nūc ampliꝰ exorare. ope/
ruit terra corpuſculū aſtāte leone: ſic̄ repe/
rerat nuduꝫ.et nihil aliud habēs niſi illud
ſciſſum veſtimentū qd̄ ei iā antea ꝓiecerat
zoſimas.ex q̄ veſtimēto neceſſaria corpori
mēbra ↄtexerat . Tūc recedunt pit̄er. ⁊ leo
quidem in interiora ſolitudīs q̄ſi ouis mā/
ſueta diſceſſit. Zoſimas aūt reuerſus eſt in
monaſteriū ſuū bn̄dicens ⁊ glorificās deum
⁊ hymnū laudis decātans xp̄o dn̄o noſtro
Veniens aūt in cenobiū fratribꝫ ab initio

cūcta retulit. nihil abſcōdens ex omnibꝫ q̄
vidit et audiuit. ita ut omnes audiētes ma
gnalia dei nimio ſtupore admirarent̄ ⁊ cuꝫ
timore ⁊ amore magnaqꝫ fide celebrarent
beatiſſime huius trāſitus diem. Johanneſ
aūt abbas inuenit quoſdā emēdandos iu/
xta ſancte illius ſermonē. et hos miſerāte
deo cōuertit. Zoſimas aūt in eodē degens
monaſterio impleuit annos centuꝫ. ⁊ tunc
migrauit ad dn̄m in pace gratia domini no
ſtri ihū chriſti. cui eſt cum equali patre glo
ria et honor et imperiuꝫ. vna cum ſancto et
viuificatore et adorādo ſpiritu. nūc ⁊ ſp ⁊ i
ſecula ſeculoꝝ Amen.

Finit vita beate Marie egiptiace

# Incipit vita ſancte Marine virginis

C

Huit frater quidā ſecularis habēs
vnicā filiā paruulā. ipſe vero con
uerti cupiēs ꝯmendauit eā cuidā
parenti ſuo. ⁊ in monaſteriū qđ longe erat
a ciuitate ꝑ miliaria trigintaduo. et ingreſ/
ſus ꝑficiebat opus monaſterij. ita ut abbaſ
eius pluſ q̄ ceteroſ qui in monaſterio erāt
eum diligeret. eo ꝙ fidelis eſſet ⁊ obediens
Cōtigit aūt poſt aliqđ tp̄us vt recordaret̄
charitatis filie ſue et cepit cōtriſtari atqꝫ af
fligi intra ſe. Et cum ꝑ multos dies hoc fa
ceret. vidit eum abbas eius tribulatū: ⁊ di
xit ei. Quid habes frater ꝙ ſic triſtꝭ ambu
las. Dic mihi: ⁊ deus qui ꝯſolat̄ oīes da
bit tibi auxiliū. Tunc ille ꝓcidens cū lacri
mis ad pedes eius ait. Habeo vnū filium
in ciuitate quem reliqui paruulū. et recor/
datuſ affligor ꝓpter eum. Et noluit abbati
indicare eo ꝙ puella eſſꝫ. Abbas vo eiꝰ hec
ignorās et nolēs eū amittere. qꝛ neceſſariuſ
erat in monaſterio: dixit ei. ſi diligis eū va
de et adduc eum huc et ſit tecū. Et abieſ ad
duxit eam. Dicebat̄ aūt Marina. et mu/
tauit ei nomē: et vocauit eū Marinū. ⁊ de/
dit eam ad diſcēdas lr̄as intra monaſteriū
⁊ erat cum ea. Et nullus ꝯgnouit de fratri/
bus ꝙ puella eſſet. ſed vocabāt eam omnes
Marinū. Et dum eſſet annoꝝ q̄ttuordeciꝫ
cepit eam docere pater ſuus viam dn̄i ⁊ di
cebat ei. Uide filia vt nullus ꝯgnoſcat mi/
ſteriū tuū vſqꝫ in finē tuū. et ſolicita ſis ab
inſidijs dyaboli. ne ſeducaris ab eo. ⁊ iſtō
ſanctū monaſteriū ꝑ nos ſolui videat̄. ⁊ in
ꝯſpectu xp̄i et coram ſanctis angelis eius
cum impijs eternā damnatōem accipiamꝰ
Et alia multa docebat eam ꝑ ſingulos di/
es de regno dei. Cum aūt facta eſſet anno/
rū decē et ſeptē defunctus eſt pater eiꝰ. Re
māſit aūt ſola in cella patris ſui. ⁊ erat obe
diens omnibꝫ in monaſterio. ita ut ab ab/
bate ſuo ⁊ ab omnibꝫ diligeret̄. ¶ Habe/
bat auteꝫ monaſteriū par boum et carrum
aut bigā. qꝛ vicinū habebat mare vbi erat
emporiū ad tria miliaria. et ibant mōachi ⁊
afferebant que neceſſaria erāt monaſterio.
Una ergo die dicit abbas ad Marinum.
Frater marine quare et tu nō vadis cū fra
tribus et adiuuas eos. Que rn̄dit. vt iubeſ
pater. Erat aūt iuxta viā homo maneſ no
mine pādox. ꝑ quem fratres ibant et reuer
tebant̄. Et cepit frater marinus frequen/
ter ꝑgere cū carro ad opus ſibi iniunctum.
et vbi tardior eueniebat hora ad reuerten/
dū manebat in domo ipſius pandocis cum
ceteris monachis. Pādox aūt habebat fili
am vginem. ad quā ingreſſus miles ꝑ inſi/
dias diaboli ꝯcubuit cum ea. et cōcepit de
illo milite. et dum cognitū fuiſſet a ꝑentibꝫ
eius ceperūt affligere filiā dicētes. Dic no
bis a quo ꝯcepiſti. Rn̄dit eis. De illo mo
nacho q̄ dicit̄ frater Marinus q̄ hic freq̄n
ter cum carro māſit. ipſe me opp̄ſſit et cōce/
pi. Statim auteꝫ ꝑentes eius ꝑrexerūt ad
monaſteriū et dicunt abbati eius. Ecce do
mine abba q̄d fecit monachus tuus mari/
nus quō decepit filiam noſtram. Dixit eis
abbas. Quid dicitis. Et iuſſit eū vocare.
Et veniente eo dicit ei abbas ſuuſ. Frater
Marine tu hoc ſcelus operatus es in filiam
eorum. Stans vero diutius et cogitās in
tra ſe īgemiſcēſqꝫ dixit. Peccaui pr̄ mi pe
nitentiā ago ꝓ hoc peccato. ſed queſo te in/
tercede ꝓ me ad deū ut hanc ꝑficere poſſiꝫ.
Abbas vo ad iracundiā cōmotus iuſſit eā
ꝯtūdi et affligi ⁊ ait. In vitate dico tibi. qꝛ
hō malū operatus es hic nobiſcū nō manebiſ

in hoc monaſterio. Et ꝓiecit eā foras. Ipſa uo nulli vnq̄ confeſſa eſt miſteriū ſuū. ſꝫ abiēs iactauit ſe ante fores monaſterij. et iacebat ſup terrā in pnīa affligens ſe tanq̄ ſi ipſa peccaſſet. ⁊ ingredientibꝫ fratribꝫ poſtulabat vt vna buccella panis ei daretur. Hoc faciēs per quatuor annos. nō receſſit de foribꝫ monaſterij. ¶ Pandocis vero filia peperit filiū maſculū. ⁊ ablactauit eū. et adduxit eū mater puelle ſecū. ⁊ poſuit eum ibi ante mōaſteriū ⁊ dicebat ei. Ecce frater marine quē noſti nutri filiū tuū. Et reliq̄t eum ibi ⁊ abijt. Sācta virgo marina ſuſcipiens eum tanq̄ propriū filiū. de ipſa buccella panis quā accipiebat ab introeuntibꝫ monaſteriū: nutriebat filiū alienū. Factum eſt aūt hoc ꝑ duos alios annos. Poſtmodum vero vidētes frēs miſericordia ꝯpuncti: ingreſſi ad abbatē rogare ceperunt vt eū reciperet in monaſteriū dicentes. Abba indulge. ⁊ ſuſcipe frēm marinū. Ecce quīq̄ anni ſunt ꝙ in pnīa ante ianuam mōaſterij iacet. ⁊ nō receſſit vnq̄ hinc. Suſcipe eū in pnīa ſicut precepit dn̄s noſter ieſus xp̄s Vix aūt coegerūt eū. ⁊ iuſſit ingredi ⁊ vocauit eam ad ſe ⁊ ait. Pater tuus fuit vir ſanctus quod tu noſti. ⁊ puulū introduxit te in hoc ſanctū monaſteriū. et nō eſt opatus aliquid mali qđ tu cogitaſti et feciſti. nec aliquis in hꝰ ſancto monaſterio. Nunc aūt ingreſſus es tu cū filio tuo quē de adulterio habes. vnde oportet te multū penitere Grāde eñ peccatū feciſti. et hoc tibi iubeo vt omnes immūdicias monaſterij tu ſoluſ facias. et aquam ad neceſſaria purgāda tu portes. ⁊ calcariū omnibꝫ ꝑ ſingulos dies tu pficias et omnibꝫ ſeruias. In hꝰ eñ habebis gratiā meā. Sācta virgo libentiſſimo animo hec ſuſcipiēs omne opus qđ ei iuſſum fuerat pficiebat. ¶ Contigit aūt eā intra paucos dies dormire in dn̄o. eūtes autē fratres nūciauerunt abbati dicentes. Frater marinus defunctus eſt. dicit eiſ abbas. Videte fratres quale peccatū fuit: ꝙ nec penitentiā meruit implere. Sed tn̄ ite ⁊ lauate eum. ⁊ ſepelite lōge a monaſterio. Euntes aūt dū lauarent eā ꝯgnouerunt q2 mulier eſſet. Ceperūt oēs emittere voces. ⁊ ꝯtundentes ſe clamabāt. q2 talis ꝯuerſatio ⁊ patiētia ſancta inuenta eſt in ea. cuius miſteriū nullus agnouit cū ſic ab eis afflicta fuiſſet. ⁊ venientes cū lacrimis dicūt abbati. Abba veni. et vide frēm marinū. dicit eis. Quid eſt hoc fratres. Dicūt ei iterum Veni ⁊ vide mirabilia dei. et quid de te agas. Ille territus ꝑrexit ⁊ venit vſq̄ ad corpus. et leuātes palliū vnde coopta erat: et vidit q2 mulier eſſet. Et mox cecidit ⁊ caput ſuū ꝑcutiebat in terra. ⁊ vociferabatur dicēs. Cōiuro te ꝑ dn̄m noſtrū ihm̄ chriſtū ne me ꝯdemnes añ ꝯſpectū dei. eo ꝙ afflixerim te. q2 ignorāſ feci. Tu domina nō dixiſti miſteriū tuū. et ego nō ꝯgnoui in vitate ſanctā ꝯuerſatōem tuā. Si eñ ꝯgnouiſſem te nūq̄ afflixiſſem. Et iuſſit ſanctū corpus eius intra monaſteriū in oratorio reponi. ¶ Eadem aūt die puella illa cuius filiꝰ erat arepta a demonio venit ad monaſteriū ⁊ ꝯfitebatur crimen qđ admiſerat. et de q̄ viro ꝯcepiſſet. et ſeptima die repauſatōis eꝰ in dn̄o. ibi intra oratoriū liberata eſt a demonio. Audientes aūt qui erāt in ipo emporio et vicina monaſteria mirabilia q̄ fc̄a fuerāt. accipientes cruces ⁊ cereoſ cū hymnis et cāticis ⁊ pſalmodia bn̄dicentes deū venerūt in eodē monaſterio. ⁊ ingreſſi oratoriū vbi corpus eiꝰ requieſcebat bn̄dixerūt deū. vbi vſq̄ modo deus orōnibus ſancte virginis multa facit mirabilia ad laudē ⁊ gloriam noīs dn̄i. qui cū eterno patre et ſpū ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſclor̄. Amē

¶ Explicit vita btiſſime Marine ꝟginis

# Incipit prologus in vitam ſancte Eufroſine virginis. ⁊ prīo de interptatione nominis eius.

Eufroſina dicitur quaſi effra ⁊ ſyna. Effra dicit̄ videns vel fructifera vel fertilis. Syna dicit̄ menſura vel mandatū vel rubus. Ipſa enim fuit videns in cōtemplatōe. fructifera et fertilis in bonorū operatōne. menſura in tpalium neceſſitatū ꝑceptione. mandatum ſcꝫ ſeruans in obedientie obſeruatōne. rubus in caſtitatis germinatōne. Vel dr̄ Eufroſina

quaſi Eufroſia. Eufroſia aũt eſt herba me
dicinalis: et valet ꝯtra caliginē oculorum.
Sic eufroſina verbis vita et exēplo docēdo
illuminat oculos cordis noſtri. Scdm no
men eius eſt ſmaragdus. Smaragdꝰ autē
eſt lapis nobilis et viridis ꝑſpicuus. ⁊ in
frigidis regiõibꝰ inuenit̃. Viriditas ſigni
ficat eufroſine virginitatē. ꝑſpicuitas vite
animoſitatē. regio frigida ꝯtra libidĩs incē
tiuum caſtitatē. Hic lapis flores marcidos
ad recentiam priſtinā reducit. et recenteſ ꝯ
ſeruat. Sic eufroſina virgo vnica marci-
dos peccatores orõibus ſuiſ priſtine grẽ re
ſtituit. et bonos ac deuotos hões in gratia
priſtina cõſeruat.

Finit ꝓlogus ſiue interp̃tatio nõis eius.

Quā diligenter notandũ ꝙ in iſta hy-
ſtoria ſeq̃nti habet̃ de Paphũcio layco tā-
dem effecto monacho patre btē Eufroſine
Sed ſupra. xv. X. ⁊ infra ĩ hyſtoria ſancti
onufrij. lxxviij. habet̃ de Paphuncio ana-
chorita.

# Incipit vita ſancte Eufroſine virginis

E

HVit vir in alexandria nomĩe Pa-
phuncius honorabilis oĩbꝰ ⁊ cu-
ſtodiens mādata dei. Hic accepit
ꝯiugē dignā generis ſui. et ipa honeſtẽ mo
ribus plena: ſed ſterilis nõ pariebat. Vir
autē eius nimis fluctuabat. eo ꝙ nõ habe
ret filiũ cui omnes facultates ſuas relinq̃-
ret. ut poſt obitũ ſuũ bene et ꝯgruenter ſuā
ſubſtantiā gubernaret. Cõiunx vero indigen
tibus nõ ceſſabat miniſtrare. nocte ⁊ die ec
cleſijs dei adherēs. et obſecratõibꝰ orās ⁊
petēs a deo dari ſibi filiũ. maxime vidēs ſu
um virũ nimiũ fluctuantē. Multā etiā pe-
cuniā erogans paupibus et oratoribus po-
ſcebat impleri dſideriũ ſuũ. Similiter au
tem et vir eius circũiens querebat inueni-
re aliquē hominũ dignũ deo qui poſſet p̃ci-
bus ſuis effectũ deſiderij eius perficere. et
ita ambulauit ad q̃ddam monaſteriũ. quia
eiuſdem monaſterij pater magnus apd deũ
eſſe dicebat̃. Illicqꝫ ingreſſus ⁊ multā pe-
cuniā offerēs. multā etiā ab abbate fiduciā
⁊ ab vniuerſis fratribus conſecutus eſt.
Poſt multũ vero tempiſ indicauit abbati
cauſam deſiderij ſui. Qui compatiēs illi po
ſtulauit a domino dari illi fructum ventris
Et amborũ oratões exaudiens deus largitꝰ
eſt illi filiam vnā. Videns autē paphũciꝰ
abbatis cõuerſatõem nunqꝫ a monaſterio
recedebat. vnde coniugē ſuam introduxit:
vt benediceret̃ ab abbate ⁊ a fratribꝰ. Tol
lentes autem infantulā a lacte: et facta an
norum ſeptē baptiſata eſt. impoſuerũtqꝫ il
li nomen Eufroſina. Gaudebāt autē ſuper
illam parentes eius. q2 erat accepta deo et
pulcra facie ¶ Facta igitur annorũ duode
cim mater eius migrauit ex hoc ſeculo. Re
manſit autē pater eius erudiens eaꝫ lr̃is ⁊
lectõnibus: ceterãqꝫ huius mundi ſapien
tiā. Puella vero tantā excipiebat diſcipli
nam: ut miraret̃ pater illius prudentiam.
Opinio autē eius peragrauit totā ciuitatē
et de ſapiētia eius ⁊ doctrina. et quia nimis
pulcra erat et compoſita vultu et animo.
Multis autē decertantibꝰ cum patre eius
de ea ad finem ꝑuenire non poterant: ſed
ipe pater tantũ dixit. domini volũtas fiat.
Vnus autem exuperans omnes in honore
et diuitijs acceſſiuit patrē eius et poſtula-
uit ab eo dari filiā eiꝰ filio ſuo in matrimo
nium. Et cõcedens fieri: cõſuete deſponſa
uit eam illi. F Poſt nõ multũ vero
tempis accipiens eā Paphũcius dum eſ
ſet annorũ decem et octo abijt in monaſte-
rium cũ ea in quo cõſueuerat venire. Mul
tāqꝫ iterũ pecuniā largituſ eſt ad neceſſaria
fratrũ. Dixitqꝫ abbati. Fructũ orationũ
tuarũ adduxi tibi ut ores ꝓ ea. quia iaꝫ ad
nuptias eam tradere volo. Juſſit autē ab-
bas introduci eaꝫ in xenodochiũ monaſte
riũ. et locutuſ eſt cũ ea. benedicenſqꝫ exhor
tatus eſt eā de caſtitate et patiētia timoris
dei. Faciens autē ibi tres dies: aurē quoti
die ponebat ad pſalmos. ⁊ videns ſingulo
rum cõuerſatõnem ⁊ ſpiritale ꝓpoſitũ mi
rabat̃ eorum vitam dicēs. Beati ſunt viri
iſti: qui et in hoc ſeculo ſites ſunt angeli. ⁊
poſt hoc vitam eternā cõſequunt̃. Excepit
cor eius ſolicitans eſſe in zelo timoris dei.

Poſt tres aūt dies dixit Paphūcius ad abbatē. Ueni pater vt ſalutet te ancilla tua et ora ꝓ ea quia ambulare volumus in ciuitatē. Cūqꝫ veniſſet abbas ꝓiecit ſe ad pedes eius dicens. Obſecro pater ora ꝓ me. vt lucret̄ deus aīam meā. Extēditqꝫ manum. et benedixit eam dicens. Deus q̄ cognoſcis hominē anteqꝫ naſcatur tu iſti9 ancille curam habere dignare vt mereat̄ portionem et conſortiū in regno celorū. Et cōmendantes ſe ſeni abierūt in ciuitatē. Pater vero illiuſ ſi aliquādo inueniebat monachū aliquē adducebat in domū ſuaꝫ. peteſ vt oraret ꝓ ea. Una autem die anniuerſaria qua ordinatus eſt abbas vnū ex fratribus miſit ad paphunciū vt inuitaret eū ad ſolēnitatem abbatis. Qui abiens in domū eius requiſiuit eū. Pueri autē dixerūt: ꝓceſſit. Audiens autē Eufroſina ⁊ aduocans illū fratrē cepit interrogare eum Dic mihi frater ꝑ charitate. quāti fratres eſtiſ in monaſterio. At ille frater dixit. trecenti ⁊ quinquagintaduo. Dicit ei puella. Qui voluerit illuc venire ad cōuerſatōeꝫ veſtrā ſanctā ſuſcipiet ne illum abbas veſter. Reſpondit ei. Etiam cū gaudio magno ſuſcipit illum maxime ꝓpter vocem dñi qua dicit. Qui venit ad me nō eijciā eum foras. Dicit ei Eufroſina. Omnes ne in vna eccleſia pſallitis et equaliter ieiunatis. Dicit ei monachuſ ille. Cōmuniter quidē pſallimus. vnuſquiſqꝫ vero ieiunat quomodo vult aut quantū valet vt nō fiat conuerſatio cōtumax voluntatis. ſed ꝓprij arbitrij ſpontanea volūtate. Omnē ergo ꝑſcrutās monachorū conuerſatōem: dixit ad monachum. Uolebam abire et ꝑuenire ad hui9 inenarrabilis vite normitatē. ſed timeo inobediēs eē prī meo. qꝛ ꝓ vana ⁊ caduca h9 ſeculi ſubſtantia cupit me tradere viro. Dicit ei monachus. Soror non ꝑmittas vt polluat homo corpus tuum. et vt tradaſ talem pulcritudinē pati opprobrium. ſed deſpōſa te chriſto qui tibi poteſt ꝓ omnibus iſtis tranſeuntibus dare regna celorum. et cum angelis cōſortium. Occulte autē exiens vade in monaſteriū mutato habitu ſeculari. indutaqꝫ veſte monachica ut poſſis euadere. Que cum audiſſet placuit ei et dixit. Et quis me habꝫ tondere. Nolebat ei a laico tondi. quia nō ſeruat fidem. Dicit ei monachus. Ecce pater tuus veniet mecū ad monaſteriū. et faciet ibi tres dieſ aut quattuor. Tu autē adduc vnum de monachis et quō voles occurret tibi cū gaudio magno. Hec et his filia illo dicēte ad Eufroſinam: venit paphuncius. et vidēs monachum interrogauit eum dicens. Quid ad nos faſtidiū ſumpſiſti domine. Et dixit ad eum. Anniuerſarius dies eſt monaſterij. miſitqꝫ abbas vt venias ⁊ accipias benedictōem. Gauiſus autē Paphūci9 pater Eufroſine. et ingreſſus cum monacho in nauiculā abierūt in monaſteriū. Cuꝫ autē ibi eſſet miſit Eufroſina vnū fideliſſimum ſeruulū dicēs. vade in monaſterium Theodoſij. ingreſſuſqꝫ eccleſiā monachū quem ibi inueneris adduc tecum. Miſericordia autem dei ecce quidam monach9 veniebat de monaſterio. vendens que ſecum habebat. Et vidēs eum puer rogauit vt veniret ad eufroſinam. Qui cum veniſſet. videns eum puella ſalutauit euꝫ dicēs. Ora ꝓ me pater. ⁊ orans benedixit eam ⁊ ſedit Dixit autē ei Eufroſina. Domine mi. Ego habeo patrem chriſtianum ⁊ ſeruū dei. diuitiarum poſſeſſorem ſubſtantioſum nimis habuitqꝫ vxorē ex qua me genuit que tranſiuit de hac vita. vult autē pater meus pro omnib9 reb9 ſuiſ tradere me ſeculo huic iniquo ⁊ ego nolo inquinari in eo. ⁊ quid faciā penitus ignoro. Totam enim noctem ſine ſomno pertrāſiui. poſtulans deum vt oſtenderet miſere anime mee miſericordiam ſuam. Et mane facto placuit mihi mittere in eccleſiam ⁊ adducere vnū ex fratrib9 vt ab ipſo audireꝫ verbum dei. ⁊ quid facere debeam. Poſtulo auteꝫ te pater ꝓ mercede anime tue. ſciēs quia a deo miſſus es doce me que dei ſunt. Dicit ei ſenex ille. Dominus dicit. ſi quis non abrenūciauerit patrem et matrem ⁊ filios inſuper ⁊ animam propriā non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et quid tibi poſſim plus dicere his ignoro. tamē ſi potes ferre temptamenta carnis relinque omnia ⁊ fuge. Facultates ei patris tui multos

inueniẽt heredes. Ecce tapecia ⁊ lerocho
mia. xenodochia monaſteria: vidue pupil-
li: infirmi. captiui. ſi voluerit et placuerit pa
tri tuo. Hiis relinquat. tu autẽ ſola ne per-
das animã tuam. Dicit ei puella. Confido
in deum et in oratõibus tuis. quia ad labo-
randũ habeo ꝓ anima mea deo auxiliante.
Dicit ei ſenex. Talia deſideria a firmita-
te non declinent. ſcit enim tẽpus peniten-
tiaꝫ agere. Dicit ei eufroſina. Et ideo te fa
tigaui ut impleas deſideriũ meum. Et fa-
cta oratõe benedicas me et abſcidas comã
capitis mei. Et ſurgens ſenex facta oratiõe
abſcidit comã capitis eius. et induit eaꝫ tu
nica ſcematis et orans ꝓ ea dixit. Deus q̄
liberauit omnes ſanctos ſuos ipe te cuſto-
diat ab omni malo. Et hec dicens ſenex di
ſceſſit ab ea gaudens et glorificans deum.

G Eufroſina autem cogitans in ſe-
metipſa dixit. Si ambulauero in monaſte
rium puellarũ pater meus requirẽs inue-
niet me. et violenter trahet me inde ꝓpter
ſponſum meum. Proinde pergam ad mo
naſteriũ virorũ vbi nullus ſuſpicet̃ me eſ-
ſe. Et hec dicẽs proiecit veſtem muliebrẽ
⁊ induit virilẽ. Et ſero exiuit de domo ſua
accipiens ſecum quingentos ſolidos. et ab
ſcondit ſe in quodam loco per totã nocteꝫ.
Mane autem facto venit pater eius in ci-
uitatem. volente autẽ deo ſtatim in eccleſi
am ambulauit. Eufroſina igitur ꝑuenit ad
monaſteriũ illud vbi pater eius notiſſim⁹
erat. et nunciauit abbati per oſtiariũ dicẽs
Eunuchus quidam de palacio veniens an
te oſtium ſtat cupiens loqui tecũ. Egreſſus
autẽ abbas ꝓiecit ſe in terram: et facta ora
tione ſederunt. Dicit ei ſenex. Quid eſt q̄
veniſti fili. Dicit ei Eufroſina. Ego quidẽ
de palacio fui eunuchus. et deſiderium ſp
habui conuerſatõnem agere monachorum
et ciuitas noſtra non valde hoc habet ſtudi
um cõuerſatõnis. Notum autẽ factũ ẽ mi
hi de bona veſtra cõuerſatõne. et cupio ha-
bitare vobiſcum ſi placuerit vobiſ. Habeo
enim poſſeſſiões multas. ⁊ ſi dederit mihi
deus requiem adducam eas huc. Dicit ei
ſenex. Beneueniſti fili. ecce monaſterium.
ſi tibi placet habita nobiſcum. Dicit ei ab-
bas. Quod eſt nomẽ tuum. Dicit ei. Sma
ragdus. Dicit ei ſenex. Iuuenis es. nõ po
tes ſolus ſedere. opus eſt tibi habere magi-
ſtrum vt doceat te regulam et conuerſatio-
nem monachorũ. Dicit abbati. Sicuti iu
bes domine mi pater ſic faciam. et protulit
quingentos ſolidos. deditq̄ʒ in manu abba
tis dicens. Accipe pater interim iſtos ſi vi
dero quia poſſum ſufferre hic. veniant ⁊ il
la reliqua. Vocauit autẽ abbas vnũ fratrẽ
Agapitum nomine virũ ſanctũ et compaſ
ſibilem. et tradidit in manu eius Smarag
dum. et dicit ei. Ecce modo hic erit filius
tuus et diſcipulus: talem eũ conſigna vt ex
uperet magiſtruꝫ. Et flexis genibus facta
oratõne conſignauit eum. Et reſpondẽtes
omnes dixerunt Amen. Suſcepit eũ aga
pitus in cellã ſuã. ¶ Et quia habebat vul
tum decorũ Smaragdus: dum veniebat ĩ
eccleſiam ad deprecandũ dominũ. multos
illorũ dyabolus excitabat aduerſus decorẽ
vultus eius ꝑ malas cogitatões. ita ut om
nes moleſti eſſent abbati qui talem pulchri
tudinem duxiſſet in monaſteriũ. Hec audi
ens abbas vocauit Smaragdũ et dixit ei.
Fili pulchra eſt facies tua. timeo ne ſit rui-
na infirmis fratribus. Placeat nobis vt
ſedeas ſolus in cella tua. et ibi cõuenit tibi
manducare et pſallere. et non inde te egreſ
ſurum alicubi. Et precepit Agapito vt pre
pararet cellam ſolitariã vt in ea ſolus dege
ret Smaragdus. Fecit autẽ Agapitus om
nia que a patre monaſterij fuerant impera
ta. et introduxit Smaragdũ in cellã ſolita
riam. et erat ibi oratõnibuſ vacans: ieiuni
is et vigilijs nocte ac die operam dabat. ſer
uiens domino in ſimplicitate cordis. ita ut
miraretur p̄dictus frater qui eum ſuſcepe-
rat. et omnibus fratribus intulit eius con
ſtantiam. et omnes collaudabant deũ qui
in infirma etate talia operabatur. ¶ Pa
phuncius autem pater eius cum reuerſus
fuiſſet de monaſterio ad domũ propriã fe-
ſtinãs ingreſſus eſt cubiculum: in quo filia
eius manere ſolita erat. Et non inuẽta tri-
ſtis tremenſq̄ʒ effectus cepit exquirere an
xius ſeruos et ancillas quid de Eufroſina
filia eius actum eſſet. Pueris autem dicẽ

tibus. quia nocte vidimus eam. mane au
tem facto non comparuit. putauimus eniz
ꝙ pater illius qui eam deſponſauit veniſſet
⁊ tuliſſet eam. Miſit ergo ſeruos ſuos ad
domum illius: et non inuenerunt eam. Au/
diens autem ſponſus et pater cõtriſtati ſũt
valde. Et venientes ad Paphuncium in/
uenerunt illum vehementer afflictum iacẽ
tem in terra. et dixerunt ei. Forſitan aliqs
ſeduxit eam et fugit cum illa. Statimqꝫ
ſerui cum equis per totam alexandriã et e/
giptum miſſi ſunt. Erant autem ibi et na/
ues intranteſqꝫ in eas requirebant per vi/
am. et ſcrutantes monaſteria puellarũ he/
remũ: ſpeluncas. per domoſqꝫ amicorũ et
vicinorũ ⁊ nuſqꝫ repertam lugebant eam
quaſi mortuaz. Socer nurum. ſponſus ſpõ
ſam flebat. pater lugebat filiam dicens.
Heu heu filia dulciſſima. heu me lumen
oculorum meorum. conſolatio vite mee.
Quis meam inuaſit facultatem. Quiſ me
am poſſeſſionem ſparſit. Quis meam ve/
nam exiccauit. Quis lucernam meam ex/
tinxit. Quis meam ſpem fraudauit. Quiſ
pulchritudinẽ filie mee violauit. Quiſpu/
tas lupus agnam meam diſſipauit. Qua/
lis locus talem vultum tetigit. Quale pela
gus captiuam ducit illam imperialẽ faciez.
Illa generoſitatis cõſtitutio. illa male ha/
bentium conſolatrix. illa laborantiũ requi/
es. gementium portus erat. Terra ne ce/
les ſanguinem meum donec videam quid
Eufroſine filie mee contigerit. Hec et hijs
ſimilia Paphuncio proſequente eleuaue/
runt omnes qui aderant vocez: et flebant
ita ut omnis ciuitas lamentaretur eã. Nõ
ſufferens autem Paphuncius. nec inueni
ens conſolatõnem perrexit ad memoratum
ſenem de quo ſupradiximus: et procidit ad
pedes eius dicẽs. Peto ne ceſſes orare vt
inueniatur labor orationũ tuaruz. Neſcio
enim quid acciderit Eufroſine filie mee.
Audiens autem venerabilis pater contri
ſtatus eſt valde. et iuſſit adeſſe omnes fra/
tres. et dixit eis. Oſtendite charitatẽ fra
treſ. et poſtulate a domino vt dignetur no
bis oſtendere quid factuz ſit de filia amici
noſtri Paphuncij. Et ieiunantibus om̃i/
bus et orantibus in tota hebdomada nihil
eis reuelatum eſt de Eufroſina: ſicut ſole/
bat quando aliunde rogabant dominum.
Oratio enim Eufroſine erat ad dominuz
die noctuqꝫ ne manifeſtam eã faceret in vi
ta ſua. Cum autem nec ſeni nec alicui fra/
trum reuelatum eſſet cepit abbas conſola/
ri eum dicens. Fili noli deficere a diſcipli
na domini quia quem diligit deus corripit
Et hoc ſcias. quia ſine voluntate domini
nec vnus paſſerũ cadet in terram. quanto
magis filie tue abſqꝫ illius nutu nihil pro/
uenit. Scio enim quia bonam partẽ elegit
ſibi. propterea nobis nihil de ea reuelatum
eſt. Si enim quod abſit in malis operibuſ
incidiſſet nunqꝫ deſpexiſſet deus tantũ fra/
trum laborem. habeo fiduciam in domi/
no. quia in hac vita oſtendet tibi dominus
eam. Audiens hoc Paphunci⁹ recepit cõ
ſolatõem: et oſculans ſenem et omnes fra/
tres remeauit ad ſua. gratias agens deo et
orans quotidie bonis operibus et elemoſi/
nis intentus erat. H C Poſt aliquan/
tos vero dies viſitabat monaſteriũ. com/
mendans ſe oratõnibus fratrum. Una au
tem die veniens ad abbatem proiecit ſe ad
pedes eius dicens. Ora pro me pater. non
poſſum ferre dolorem de filia mea. ſed ma/
gis ac magis renouatur ac creſcit vulnus
de die in diem: et tribulatur anima mea.
Uidens autem eum ſenex nimium afflictũ
dicit ei. Uis colloquium habere cũ vno
fratre ſpirituali qui veñt de palacio Theo/
doſij. ignorans ꝙ ipa eſſet Eufroſina filia
eius. Paphuncius dixit. Uolo. Et vo/
cauit abbas Agapitum. Dixitqꝫ ei. Tol/
le Paphuncium et introduc eum in cellaz
Smaragdi. Et introduxit eum in cellam
eius. et nihil ei antea innoteſcens. Cum
autem ſubito vidiſſet patrem ſuum: et co/
gnoſcens eum: tota lacrimis repleta eſt.
Paphuncius autem ſperabat compunctũ
eſſe fratrem illum. non enim cognouit eaz
quia ſpecies vultus eius emarcuit pre ni/
mia abſtinentia vigilijſ et lacrimis. Cucul
la autem operuit faciem ſuaz ne aliquo mo
do agnoſceret eam. Facta autem oratio/
ne ſederunt. Cepit autem ei loqui de futu/

ta regni beatitudine et gloria ſempiterna.q̄
modo ꝑ elemoſinam et caſtam vitā: bonā
q̄ȝ conuerſatōem. et per humilitatē ⁊ cha/
ritatē ad ea quis poſſet ꝑtingere. Et de con
temptu ſeculi nec plus diligendū eſſe filiū
q̄ȝ deum. nec patrem ſuꝑ eum qui habet po
teſtatē. apoſtolicā quoq̄ȝ ſcripturā interpre
tans. quomodo tribulatio patientiā opat̄.
patientia autē ꝓbationem. ¶ Uidēs autē
patrem ſuū in graui merore depreſſum: cō
patiebatur ei. Sed timens ne agnoſceret̄:
⁊ impedimentū ei faceret. volens autē eum
conſolari dixit ei. Crede mihi quia nō de/
ſpicit te deus. et ſi in perditōnem iſſet filia
tua: manifeſtaret eam tibi deus. vt nec il/
la a dyabolo retenta inferret tibi et ſibi lu/
ctum ꝑpetuum. Sed crede in deum: quia
bonū conſiliū elegit ſicut dixi ſcḋm vocē euā
gelij qua dicitur. Qui diligit patrē aut ma
trē ſuper me non eſt me dignus. Et ſi quiſ
non abrenūciauerit omnibꝫ que poſſidꝫ nō
poteſt meus eſſe diſcipul⁹. Potens eſt de
us et in hoc ſeculo manifeſtare eā tibi. Si/
ne etiam ſine. quid temetipm̄ contriſtādo
perdis. Age gratias deo nihil deſperās. nā
et Agapitus magiſter meus multotiēs ni
mis triſtis dicebat mihi. Quia venit qui/
dam homo nomine Paphūcius operibuſ
bonis intentus. qui filiā ſuam tanq̄ȝ mor/
tuam luget. neſciens quid ei accederit. ⁊ ni
mia lamentatōe affligitur. et maxime quia
vnica erat illi. Et cū lacrimis ꝓiecit ſe ad
pedes abbatis: ut ꝑ eius oratōnes et omni
um fratrum poſſet inuenire eam. Et cōpa
tiens dicebat mihi. Quomodo et omnes
fratres. ita et tu roga pro ea deum. Et ego
quaſi indignus et conſcius malorū ſepius
deprecabar dominū vt dignetur tibi ſuffe
rentiā tribuere et longanimitatē. et quō ex
pedit adīpleat tā de te q̄ȝ de filia tua. Pro
hoc et frequenter videre te volui et colloq̄
tecum. vbi aliquam conſolatōnem per me
humilē forſitan inuenires. Ut autem n̄ co/
gnoſceretur ꝑ multa colloquia dixit ad pa
phunciū. Uade domine mi. Et dum rece
dere vellet paphuncius anima illius cōpa/
tiebatur illi. Facies autē eius pallebat ⁊ re
plebatur lacrimis. pre nimio aūt ieiunio et

diutina inedia ſanguinē Eufroſina vome/
bat. Multum enim cōfortatus paphūci⁹
in ammonitōne eius: diſceſſit ab ea. et ve/
niens ad abbatē dixit. Edificata eſt anima
mea ab iſto fratre. et ita ſum letus effectuſ
in gratia dei et conſolatōe eius. tanq̄ȝ ſi in/
ueniſſem filiam meā. Cōmendanſq̄ȝ ſe ora
tionibꝫ abbatis et omniū fratrum: reuer/
ſus eſt in domū ſuam magnificans deum.

I Completis autē Smaragdus in
tra cellam ſuam triginta et octo annis in/
cidit infirmitatē: qua et mortuus eſt. Qua
dam vero die ſcḋm conſuetudinē venit Pa
phuncius ad viſitandū monaſteriū. Et p⁹
oratōnem et ſalutatōnem fratrū dixit ſeni.
Si iubes pater ꝑmitte me Smaragdum
videre. quia valde deſiderat eum aīa mea.
Uocatoq̄ȝ agapito precepit ei de paphun/
cio ad viſitandū Smaragdū. Introiēſ au
tem Paphuncius vbi eger iacebat cepit
deoſculari eū cū lacrimis dicens. Heu me
vbi ſunt promiſſiōes tue. vbi verba dulcia
quibus mihi filiam meā videndā oculis
meis ꝓmittebas. Ecce non ſolū illam non
videbo. ſed et tu ꝑ quem cōſolatōnem non
modicam habebā relinques nos. Heu me
quiſnam conſolabitur ſenectutē meā. Ad
quē ibo. Quis mihi erit adiutor. Duplex
malum modo lugeo. Triginta et octo āni
ſunt q̄ ꝑdidi filiam meam. nihil mihi actū
eſt q̄ die noctuq̄ȝ orabam pro ea. Et ſimil̄
illius detinet me incompabilis dolor. quid
ſperem āmodo. vbi ꝯſolatōem meam inue
nio. Jam deſcendo lugens in infernū. Ui/
dens autem Smaragd⁹ eū vehemēter plo
rantē et nullam cōſolatōnem recipientem:
ait ad eū. Quid turbaris et teipm̄ interfi/
cis. Nunquid inualida eſt manus domi/
ni. aut deo quicq̄ȝ eſt difficile. Jam pone fi
nem triſticie tue. ⁊ recordare quō patriar/
che iacob maīfeſtauerit de⁹ ioſeph quē q̄ſi
mortuū lugebat. Sȝ obſecro te ne ꝑ treſ di
es me deſeras neq̄ȝ dereliq̄s. Heſitās aūt
paphūci⁹ intra ſemetipꝫ dixit Forſitā de⁹
reuelauit ei aliq̄d de me. Tercia aūt die di/
xit ad ſmaragdū. Expectaui ſicut rogaſti me
domine meus frater. et non diſceſſi alicu/
bi per tres continuos dies. ¶ Cognoſcens

autem Smaragdꝰ qui et Eufroſina. quiſ
inſtabat dies dormitōnis eius. vocauit pa
phunciū et dixit ad eū. Quia deus omni-
potens bene diſpoſuit miſeriā meā: et ad-
impleuit deſideriū meum. meqꝫ vſqꝫ in fi
nem viriliter certando ꝑduxit. nō mea vir-
tute: ſed eius adiutorio: qui me cuſtodiuit
ab inſidijs inimici. ꝑacto curſu ſupeſt mi-
hi corona iuſticie. nolo te ſolicitū relinquere
ꝓ filia tua Eufroſina. Ego ſum illa miſera:
et tu es pater meus Paphuncius. Ecce iā
vidiſti me ⁊ ſatis eſt factū tibi. ¶ Sꝫ ne
mo hoc ſciat. et non ꝑmittas ab alio corpꝰ
meū nudari et lauari. ſed ꝑ temetipm̄ hoc fa
cias. Et quia ꝓmiſi abbati habere me poſ-
ſeſſiones multas. et ſi potuiſſem ſuſtinere
⁊ ꝑdurare in loco iſto adducere eaſ huc. im
ple ergo pater qđ ꝓmiſi. Et ſcito ꝙ venera
bilis eſt locus iſte: et ora ꝓ me. Et hec di-
cens tradidit ſpiritū. ¶ Dum audiſſꝫ Pa
phuncius pater eius talia v̄ba. ⁊ vidiſſet
ꝙ obdormiuit cōmota ſunt omnia viſcera
eius. cecidit qꝫ in terram ⁊ factus eſt velut
mortuus. Accurrēs autē Agapitus: vidit
quia defunctus eſſet Smaragdus. ⁊ Pa-
phunciū iacentē in terra ſemiuiuum. iacta-
uit aquam in faciē eius: et leuauit eum di-
cens. Quid habes domīe mi paphūci. Ait
autē Paphūcius. Dimitte me ut hic mo-
riar. vidi enim mirabilia hodie. Surgens
autē irruit in faciē eius: multitudinē lacri
marū effundens. clamauitqꝫ dicens. Heu
me dulciſſima filia. quare antea nō manife
ſtaſti mihi vt ⁊ ego morerer tecū ſpōtanea
voluntate. Ve mihi quđ latuiſti. quomō ꝑ
tranſiſti inſidias aduerſariorū et nequiciaſ
ſpiritales vite huius. et introiſti vitā eter
nam. Hec Agapitus audiens ⁊ ꝯgnoſcēs
tam admirabilē cauſam ſtupefactus eſt. et
currens nūciauit omnia abbati. Veniens
autē abbas cecidit ſuper eā. et eiulans dice
bat. Eufroſina ſponſa chriſti ⁊ filia ſancto
rū ne obliuiſcaris ſeruorū tuorꝫ et huius
monaſterij. ſed ora ꝓ nobis ad dominū no
ſtrum ihm̄ xp̄m vt faciat viriliter certando
venire ad portū ſalutis. et portōem ſecū habe
re et cū omnibus ſanctis ſuis. Et iuſſit ab-
bas vt cōgregarentur omnes fratres: ⁊ cū

honore debito ſanctū corpus illius ſepultu
re daretur. Dum autē cōgregati adeſſent:
⁊ vidiſſent tam ſtupendū miraculū glorifi-
cabant deū. qui etiā in femineo ſexu ⁊ fra
gili tanta mirabilia operař. Quidam autē
frater vnū habens oculū oſculatus eſt vul
tum eius cū lacrimis. ſtatimqꝫ ut eam teti
git: oculus eius ei reſtitutus eſt. Et viden
tes omnes fratres qui aderāt benedixerūt
deum gratias agenteſ ei. cuius ſunt omnia
bona que ſunt. Multūqꝫ cōfortati et edifi-
cati ſepelierunt eam cū maxima deuotōne
in ſepulchro patrū. Pater vero eius omīa
que habuit in eccleſias et monaſteria offe-
rens. cōuerſatus eſt in eodē monaſterio. et
plurimā partem ſubſtantie ſue ibidem offe
rens in eodē ſtratu dormiens: ⁊ in eadem
cella demoratus eſt in qua et filia ſua eufro
ſina. Vixit autē Paphuncius pater ſancte
Eufroſine in ſancto ꝓpoſito annos decem
et migrauit ad dominū. et iuxta filiam ſuā
ſepultus eſt. glorificante deum abbate: cum
omni cōgregatōne ſua. Dies autē migrati
onis eorū ad dominū celebrař in eodē mo
naſterio vſqꝫ in p̄ſentē diem. glorifican-
tes deum patrē et filiū cū ſancto ſpū Amē.

Explicit vita ſancte
Eufroſine virginis.

# Incipit vita ſancti Frontonij abbatis

R

Quoniā ſepe deſideratis audire q̄
ſancta ſunt. et ego placide diſpo-
ſui operari. iam non in pellibus ca
prarū. neqꝫ earūdem pilis. ſed auro et ar-
gento gemmiſqꝫ p̄cioſis decreui conſtrue-
re templum dei. vt et nos tanqꝫ lapides vi
ui edificemur in domū ſpiritalē. ex operibꝰ
meliorū ꝑficientes in chriſto ihū domino
noſtro. quid nūc apud nytriā geſtū ſit refe
ram. et non p̄teribo veritatē vllo mō. quo
niā ſatis edificat monachos p̄ſens opuſcu
lum ¶ Igiť Frontonius verus dei ſeruus
ſtudio dei timoris de die in diem profici-
ens publicam cōmuneqꝫ vitam abhorrēs
viam deſiderans ſolitudinis cōuocatis ad

ſe fratribus dixit. Erant enim cum eo viri
circiter ſeptuaginta. En quid nobis ⁊ mū-
do dānabili. cuius opibuſ renunciare om̄i
modo cōdecet vt celeſtē cōſequamur ſalu-
tem. Quapropter ꝑgamus ad heremū ni-
hil nobiſcū ferentes ad acquirendā celeſteꝫ
gloriam. et ſuꝑiorem inueſtigemus ex vir-
tutibus diſciplinā. His dictiſ vniuerſi cō
ſenſere. deferētesqꝫ ad heremū ſecū parua
olerū ſemina. ⁊ his acutas paruosqꝫ ſarcu
los vnde humū foderēt ⁊ ꝓfecti ſunt. Ue
nerūt ergo ad heremū. rurſusqꝫ Frontoni
us ait. Dn̄s in euāgelio dixit. Nolite cogi
tare q̄d manducetis aut q̄d bibatiſ. aut quo
opiamini. Hec enim omnia gētes mūdi q̄
runt. Querite primū regnū dei et iuſticiaꝫ
eius et hec omnia adijcient̄ vobis. Tenea
mus ꝓmiſſum et inueniamus in nobis o-
pus dn̄i ꝯſeruatū. Oēs ḡ habitabāt in he-
remo in ope dn̄i iugiter laborātes ⁊ in ago
ne ſpirituali ꝓficiētes. Adiuuabat ei ſuos
ſuos dn̄s. Ipe autē Frontonius nō ꝓ ſe tā
tū ſed ꝓ cūctis orabat. ſciēs ſcriptū eſſe. nō
q̄rens qđ tibi vtile ſit ſed qđ multis vt ſal
ui fiāt. Cūqꝫ in eadē heremo lōgo tp̄e mo
rarent̄ tēptare eos aduerſarius xp̄ianoꝝ
cepit ꝙ debuiſſent in ſeculo demorari. quia
anachoritaꝝ vita duriſſima eſt ⁊ nemo eā
p̄t ſufferre. murmurauerūtqꝫ in cordib9 ſu
is dicētes. Quid ē qđ voluit p̄r nr̄ Fron-
tonius vt habitem9 in heremo. Nūquid il
li qui in vrbibus et ī caſtellis habitāt deū
videre nō p̄nt. et qui in heremo habitāt ce-
los vident. Nōne eos boni actus ꝯmēdāt
Quiſnam poterit cibo viuere angeloꝝ. Ec
ce morimur fame. defectus vigiliaꝝ nō ca
pit labor. ſed acriora frangunt̄ ieiunia. fi-
unt debilia genua vt vnuſquiſqꝫ noſtꝝ nō
poſſit ſtare. ¶ Audiens quoqꝫ Frontoni9
eoꝝ murmuratōem anteqꝫ ad eū ꝯuenirēt
dicētes aliquid: ip̄e ꝑueniens eoſ ait. Quo
uſqꝫ irritatis deū murmurātes in cordib9
vr̄is ⁊ dicētes. Nūquid q̄ heremū inhabi
tāt hij tantū ſunt dei ſerui. et q̄s ex cibo po-
terit viuere angeloꝝ. Cōueniamus ad ab-
batē et loquamur ad eū vt habitem9 in ciui
tate. qꝛ ſi qui noſ illic viderint: optimas no
bis iuxta dei votū dirigāt eſcas: ꝓut cuiqꝫ

dn̄s dedit facere. Illud aūt ſcitote qꝛ nō ne
cabit dn̄s fame animā iuſtā. Ecce oculi dn̄i
ſuꝑ timentes eū vt alat eos in fame. Et illđ
nō memorami ſcriptū qđ ait apl's. in fame
⁊ ſiti. Sed in heremo nunqꝫ defuerūt radi
ces herbarū. nec māſiſtis aliquādo ieiuni.
Recordamini qꝛ antea locutus ſuꝫ vobiſ
nolite cogitare quid māducetiſ aut q̄d biba
tis aut quo operiamini. hec eñi omnia gēteſ
mūdi querunt. Nouit dn̄s cibū dare timē
tibus ſe. Querite primū regnū dei et iuſti
ciam eius: ⁊ hec omnia adijcient̄ vob̄. Si
enim deus volatilia paſcit: ⁊ coruos nō de-
ſerit. quomodo nos derelinq̄re poterit ip̄m
iugiter in mēte habētes: eūqꝫ aſſidue oran
tes. Certe ſi fame defecerimus in heremo
nos dominū accuſemuſ: ⁊ improperem9 ei
cum ad ip̄m venerimus dicētes. Credidi-
mus euāgelio tuo vbi dixiſti. ꝙ vniuerſoſ
in te credentes celi pabulo paſcis. fecimus
cuncta que p̄cepiſti. ſperauimus in te: ⁊ tu
nos deſpexiſti. Sed qꝛ ibi nos ꝓbaſti hic
magis ut ꝓbes veritatē redde quod ꝓmi-
ſiſti. Nolite ergo murmurare aduerſuſ deū
tiones ꝑ ſe miniſteriũ faciebat in ferendo.
Cũ qua etiã et laborabat iulia.ſatis eñi di/
ligebat Eufraxiã. ¶ Denuo ſiquidẽ
dyabolus ꝑ ſomnũ vehemẽter eam tẽptãſ
ei certamẽ immiſit maximũ. Que moran/
xietatis ſue certamẽ abbatiſſe confeſſa eſt.
Pro q̄ dũ oraret abbatiſſa: dixit ei.Filia
mea eufraxia tꝑus certaminis eſt vide ne
molliat dyabolus mentẽ tuã et ꝑdes labo
rem tuũ.Adhuc enim paruo tꝑe dimicanſ
tecũ dũ fuerit ſuꝑatus a te rurſum effugi/
et.Dicebatqꝫ ei ſimul ⁊ Julia.Domĩa et
ſoror mea ſi modo ei nõ repugnamꝰ ⁊ vin
cimus .in ſenectute quale bellũ cum eo faci
emus.Cui rñdit Eufraxia.Uiuit dñs ſo/
ror Julia .qꝛ ſi mihi p̄cepit abbatiſſa non
guſtabo in tota ſeptimana panes donec euꝫ
dño adiuuante vincaꝫ.Cui iulia dixit.Si
tu hoc potes implere in terra beata eris in
celo. Jn iſto nãqꝫ monaſterio nulla potuit
ſine cibo totã ſeptimanã ꝑmanere niſi dña
noſtra abbatiſſa Tũc ingreſſa eufraxia nũ
ciauit temptatõem dyaboli ꝑ ſomnũ abba
tiſſe.eamqꝫ rogauit ut ei p̄ciperet quatenus
totã hebdomadã ſine cibo ꝑſiſteret.Cui ab
batiſſa dixit.Fac quidq̄d tibi videris faci
le eſſe filia mea .Deus qui creauit te confir
met te.et ꝯtra dyabolũ donet tibi victoriã.
¶ Cepit igit̃ eufraxia totã ſeptimanã ieiu/
nare.et neqꝫ pſallendi officiuꝫ dereliq̄t.nec
ſororũ miniſteriũ.ita ut omnes tolerantiã
ipiꝰ mirarent̃.et pulcritudinẽ ſimul ⁊ iu/
uentutẽ etatis.Dicebãt autẽ quedã de col
legio earũ .Habemus hodie annũ cuſtodi
entes eufraxiã et ſedentẽ eã nõ vidimꝰ ne
qꝫ ꝑ diem neqꝫ ꝑ noctẽ.niſi ſolũ qñ reqe/
ſcebat in loco ſuo nocte. Nunqꝫ eñi ſedit
vel qñ panẽ etiã ꝯmedit. Omnes ḡ ſoro/
res diligebãt eufraxiã.qꝛ ſe ita hũiliter ex/
ercebat.et cũ ſtudio famulatũ ſororib9 ex/
hibebat.dũ p̄cipue vtiqꝫ de ſanguine im/
ꝑiali deſcenderet.Pro qua re intẽte nimiſ
ꝓ ea orãtes rogabãt dñꝫ ut ſaluaret̃. ¶
Fuit aũt inter eas q̄dã noĩe Germana quã
dicebãt ex ancilla ortã.Hec inuidiã habẽſ
aduerſus eufraxiã inſurrerit aduerſus eaꝫ
in coq̄na ſecrete et dixit ei.Dic Eufraxia.

Ecce tu ſemel in ſeptimana ꝯmedis ꝯtra re
gulaꝫ abbatiſſe.⁊ nos hoc nõ poſſumus ad
implere. Si coacte fuerimus ab abbatiſſa
q̄d faciemꝰ. Cui eufraxia rñdit. Dña mea
dña noſtra abbatiſſa dixit vt vnaqueqꝫ ſic
potuerit decertet.Non eñi ſine neceſſitate
mihi hoc iugũ impoſuit .dixit ei germana.
Jmpoſtrix ⁊ oĩi calliditate plena. q̄ſ neſci
at qꝛ ſub ingenio h̃ agis.vt poſt pauſatõeꝫ
abbatiſſe tu ei ſuccedas. Credo in xp̄o.qꝛ
te nunq̄ꝫ dignabit̃ ad abbatiſſe venire locũ
Audiens hec eufraxia ꝓſtrauit ſe ad pedeſ
eius.et dixit ad eã.Jgnoſce mihi dña mea
⁊ ora ꝓ me.Cognoſcẽs aũt abbatiſſa qđ fu
erat factũ Germanã corã oĩb9 vocauit. di
xitqꝫ ei.Ancilla nequã ⁊ a deo extranea.q̄d
tibi nocuit eufraxia.qꝛ feſtinaſti ſtudiũ eiꝰ
obrũꝑere. Aliena es a ſororũ cõſilio.indi/
gna es a miniſterio ⁊ coniugio ſororꝫ extra
nea.Cui multũ ſupplicabat Eufraxia q̄te/
nus illi veniã largiret̃.et nõ eam flexit do/
nec implerent̃ dies triginta.Triceſimo ve
ro die videns eufraxia qꝛ nil rogãdo ꝓfice
ret aſſumẽs ſecũ Juliã et ſeniores feminaſ
monaſterij depoſcebat vt rogarẽt abbatiſ/
ſam q̄tenꝰ ei recõciliaretur. Quo facto e/
uocauit eaꝫ abbatiſſa corã omnib9. dixitqꝫ
ei .Nõne diiudicaſti in corde tuo vt ſtudi
um puelle huius abſcinderes.nec cogitaſti
qꝛ dũ eſſet matrona ⁊ ex imꝑiali genere ꝯ
ſtituta hũiliauit ſemetip̄am ⁊ ꝓpter deum
ſeruiuit tibi. Oĩb9 ḡ rogantib9 ꝓ germana
placata ẽ. ¶ Tũc dyabolꝰ ꝯ eufraxiã certa
mina nõ ceſſabat ꝯmittere. Nimis ei fure
bat ꝯ eã ⁊ cito ꝑduci volebat ad finẽ.Una
q̄dẽ dierꝫ cũ ad hauriendã aquã deſcẽdiſſet
ad puteũ arripiebat eã dyabolꝰ cum lagena
et deiecit eam deorſum in puteũ ita ut hau
ſiaret eufraxia:⁊ ꝑueniret caput eiꝰ ad fun
dum.Eleuata vero de aqua et tenẽs funẽ ſi
tule .ita clamauit de puteo.Chriſte adiuua
me.Qua voce facta cognitũ eſt quia eufra
xia corruiſſet in puteũ .et currẽtes ſorores
cum abbatiſſa abſtraxerũt eam de puteo.
Que ſurgens exinde ⁊ ſemetip̄aꝫ ꝯſignãs
ſubriſit ⁊ ait. Uiuit xp̄s meus.qꝛ nõ me vĩ
cis dyabole neqꝫ cedo tibi.Uſqꝫ nũc q̄deꝫ
vnã lagenã portabã cum aq̄ in coq̄nam.ab

hodie vero duabus lagenis aquã portabo.
Et ita fecit. D ¶ Videns itaqꝫ dyabo
lus quia eam in puteo necare nõ valuit rur
ſum alia vice cũ deſcẽdiſſet ligna incidere.
Cũqꝫ iam pauca incidiſſet aſtitit dyabolus
obſeruãs eam. et dũ leuaſſet ſecurim vt li-
gnum incideret colligauit dyabolꝰ manus
eius. et vſqꝫ ad eius calcaneũ traxit. et ꝑue
nit vſqꝫ ad tybiã. Que cũ vidiſſet crudeliſ
ſimũ vulnus valde et ſanguinẽ vehemẽter
effuſum ꝓijciens ſecurim anguſtiata: et in
terrã ꝓſtrata eſt. Julia vero cucurrit: et cla
mans ſororibꝫ nũciauit. q2 eufraxia accipi-
ens ſecurim de ſecuri mortua eſt. Cũqꝫ cõ-
curſu clamor factus fuiſſet vniuerſatũ cir-
cũſtabant eã pauce ſimul et flebãt. Tũc di
ſcens abbatiſſa aquã in faciẽ eius miſit et
ↄſignans eam atqꝫ cõplectens ait ei. Filia
mea eufraxia cur anguſtiata es. Recrea te
et loquere ſororibꝫ. Illa vero reſpiciente ab
batiſſa dixit. Dñe ihũ xp̃e ſana ancillã tuã
quoniã ꝓpter te multa patit̃. Et cum ligaſ
ſet pedem eius de pãno cilicino leuauit eã
⁊ dans ei manũ ducebat eam ad monaſte-
riũ. Illa vero reſpiciens ligna ꝓiecta dixit
ſororibꝫ. Viuit dñs meus niſi collegero li-
gna et ſeptimanã meã cõpleuero nõ aſcẽ-
dam. Cui Julia dixit. Noli dña ſoror. nõ
vales: dimitte ego colligã ea. tu aſcende re
quieſce ꝓpter dolorẽ. Illa vero nõ acquieuit
ſed cõplens manus ſuas lignis ſic aſcendit
Cui tamẽ dyabolus nõ pepcit. Nam cũ
aſcendiſſet ſupiores gradus ſcale calcãs ſũ
mitatẽ tunice ſue ſup ip̃m lignũ ruit quod
portabat. et fixum eſt lignũ in aſpectu eius
ita vt ſorores crederẽt quia lignũ eiꝰ ocu-
lum penetraſſet. Tũc exclamans Julia ait
ad eã. Dña mea tibi dixi quia nõ potes re-
quieſcere et me nõ audiſti. Cui dixit eufra
xia. Caute ſubtrahe a me lignũ. oculꝰ meꝰ
ſanus eſt. Traxit ergo ab ea lignum. et ſan
guinis facta eſt effuſio vehemẽs. Abbatiſ-
ſa vero deferẽs oleũ et facta orõne ſuppoſu
it ei manum. ruſumqꝫ dixit ad eam. Va
de ad ſtratũ tuum requieſce. ⁊ ego dñis ſo
roribꝫ miniſteriũ tuum iniungo. Eufraxia
vero dixit. Viuit dñs meus quia nõ requi
eſco donec officiũ meũ compleuero. Jul

tum enim rogabat̃ a ſororibus ut requieſce
ret ꝓpter plagas quas habebat. ⁊ paſſa nõ
eſt. ſed ſic vulnerata ex vtraqꝫ plaga ſan-
guine ꝓcurrente ſtabat miniſteriũ faciens
ſororibus. et neqꝫ in ope dei deerat nec ia-
lio miniſterio ¶ Rurſus itaqꝫ alia vice cũ
aſcenderet cũ iulia in ſolariũ terciũ arripi-
ens eam diabolus ꝓcipitauit eam deorſũ
Et cum exclamaſſet Julia cõcurrẽtes ſoro
res crediderũt ſe eufraxiã mortuã inuenire
Que ſurgens occurrit eis. Quam ſuſcipi
entes introduxerãt eam ad abbatiſſam. in-
terrogauitqꝫ eã ſi in aliq̃ fuiſſꝫ leſa. Cui eu
fraxia reſpondit. Viuit dñs domina mea
quia nec quõ cecidi noui: nec quõ ſurrexi.
Audiens abbatiſſa quia de tanta altitudine
corruens nihil eſſet leſa glorificauit deũ di
cens. Vade filia ad opus tuum et erit do
minus tecum. E ¶ Rurſus ergo inimi
cus volens eam occidere ollã feruentẽ ha-
bens in qua olus coquebat̃. vt effunderet
coctõnem olerũ in vaſculo. ablatiſqꝫ pedi-
bus a dyabolo retrorſum cadens. olle illiꝰ
coctõnem in faciem ſuam fudit. Et dum
omnes ſorores in h̉ facto expaueſcerẽt. exi
liens eufraxia ſubriſit. et ait ad eas. Vt q̃d
turbate eſtis. Abbatiſſa vero videns quia
nõ fuiſſet leſa reſpexit in ollã et vidit q2 q̃d
remanſerat eſſet feruens. Et cõuerſa dixit
Eufraxia. Vere dña mea quia velut aqua
frigida venit in faciem meã. Ammirata eſt
vero abbatiſſa. et intuens in eam dixit. Fi
lia deus te cuſtodiat. et tibi ſine intermiſſio
ne tolerare in ſuo timore concedat. Et in-
greſſa abbatiſſa oratoriũ conuocauit prio-
res ſeniores. dixitqꝫ eis. Noſtis quia Eu
fraxia ꝓmeruit gratiã dei. Cognouiſtis e-
nim quia nec ꝓcipitata cõtriſtata eſt. neqꝫ
nimietate feruoris exuſta eſt. At ille dixerũt
Vere ancilla dei eſt eufraxia. et curam eiꝰ
habet dominus. nã in huiuſmodi tẽptatio-
nibus liberata eſt a dño. Omnis itaqꝫ ci-
uitas atqꝫ ꝓuincia ↄſuetudinẽ habebat ut
infantes male habẽtes in illud deducerent
monaſteriũ ad ancillas dei miracula facien
tes. ⁊ ſuſcipiebat eos abbatiſſa. et ingredi
ebant̃ in oratoriũ. et ſupplicabãt ꝓ eis dñꝫ
et mox ab omni lãguore ſanabant̃ infãtes.

et recipiebant eos matres ꝓprie ſanos. ꝓ/
ficiſcentes atqꝫ glorificantes deū ¶ Erat
autē quedā in monaſterio mulier energu
mina ab infantia obligata in monaſterio q̄
tenus ſaluaretᷣ. que habebat ſpiritū immun
dum demonē ligatis manibꝰ ⁊ ſpumā faci/
ens: ⁊ dentibus ſuis ſtridens. multūqꝫ cla
mās. ita ut omnes audiētes eam timore cō
ciderent. Et cū frequenter abbatiſſa cū ſe/
niorībꝰ ſororibus ꝓ ſalute eius oraſſet ni/
hil ꝓmeruit. Quapropter nec valebant ſe
ad eā iungere vt ei vel cibū offerrēt. Erat
autē ligatū quēdam vaſculū in fune. et ipſo
vaſculo legumina vel panes mittebāt: et
appendebatᷣ ipſm vaſculū. et ſic ei de longe
porrigebatᷣ et ita veſcebatᷣ. Frequenter aūt
abijciēs ipſm vaſculū cū virga iaculabatur
in faciē offerentis ſibi cibū. ¶ Una vero di/
erum factū eſt vt intraret oſtiaria et dice/
ret abbatiſſe. Dña mea q̄dam mulier infā
tulū adduxit et ſtās foris ad ianuā deflet.
Eſt autē infantulus quaſi annorū circiter
octo paliticus ſurdus et mutus. Uidens
autē abbatiſſa ſpiritu ſibi reuelāte qꝫ grām
ꝓmeruiſſet a dño cōtra demones eufraxia
dixit oſtiarie. Uoca mihi Eufraxiā. Que
cum veniſſet ante abbatiſſam: dixit ei. Ua
de ſuſcipe infantē a matre ſua: ⁊ defer huc.
Illa vero egreſſa et videns infantulū pa/
liticum et trementē: miſerta eſt ſuꝑ eum.
⁊ ingemiſcens dolenter ſignauit infantem
⁊ dixit ei. Qui te creauit ipſe te ſanet fili. et
ſumēs eum ꝑgebat ad abbatiſſam. Infans
vero dum portaretᷣ ab eufraxia ſanatus eſt:
⁊ clamauit matri ſue. Uidens autē eufra/
xia qꝫ infantulus cepiſſet loq̄ ꝑterrita ꝓie/
cit eū in terrā. Infantulus autē mox exur
gens cucurrit ad ianuā: q̄rens matrē ſuam
Currēs autē oſtiaria nūciauit abbatiſſe qđ
factū eſt. Que cū vocaſſet matrē infantis:
dixit ei. Dic mihi inquit ſoror. tēptare nos
veniſti. Reſpondit aūt mater infantis di/
cens. Per dñm noſtrū ihm̄ xp̄m domina
mea quia neqꝫ ambulauit neqꝫ locutus eſt
hic infans vſqꝫ in p̄ſentē horā. Sed cū ſu
ſcepiſſet eum hec dña ſoror mox locutus ē.
Illa vero ꝓijciens eum in terrā ſtetit ob/
ſtupefacta. Infantulus vero ſurgēs venit ad
me ancillā tuam. Dicit ei abbatiſſa. Ecce
ergo habes eū ſanū tolle eum ⁊ vade ī pa/
ce. Que aſſumens filiū ſuum ꝑgebat glori/
ficans deum. ¶ Rurſum ergo abba/
tiſſa dixit ad ſeniores ſorores. Quid vobis
de Eufraxia videtᷣ. Cui reſpondentes dixerūt
Uere ancilla dei eſt. Uocauitqꝫ eam ⁊ di/
xit ei. Filia mea eufraxia volo ut huic pati
entiq̄ in monaſterio eſt ꝑ manus tuas ci/
bum offeras ſi nō times eā. Cui eufraxia
reſpondit. Nō timeo dña mea quidquid mi/
hi p̄cipis. Sumens ergo eufraxia quēdam
vaſculū miſit in illud legumē et fragmē pa
nis et obtulit ei. Illa vero repente dentibꝰ
ſtridens ⁊ valde fremēs fecit impetū ſuꝑ
eam. et apprehendens illud vaſculū vole/
bat cōfringere. Eufraxia vero appꝛehendens
manum eius dixit. Uiuit dominꝰ deus ſi
te poſuero in terrā tollo virgā dñe abbatiſ
ſe. et ſic te flagellabo vt nūqꝫ p̄ſumas hꝰ age
re. Uidens aūt qꝫ p̄ualuiſſet patiēti q̄euit
Poſtqꝫ autē ceſſauit cepit eufraxia blādi/
ri et dicere. Sede ſoror ꝯmede et bibe: et
noli turbari. Illaqꝫ ſedit ꝯmedit et bibit
et requieuit. Ab illa hora iam ei cibus cum
virga dabatᷣ. Oēs autē ſorores videntes
qđ fecerat eufraxia orabāt ꝓ ea ad dominū
Cū ergo cepiſſet moueri ⁊ indignari dice/
bāt ad eā ſorores. Quieſce ſoror ⁊ noli ma
lignari. nā ſi venerit dña eufraxia flagella/
bit te. et repente q̄ſcebat ¶ Rurſum autē
Germana inuidia mordebatᷣ ⁊ cor eiꝰ vre
batᷣ. dicebatqꝫ ſororibꝰ. Niſi fuiſſet Eufra
xia nō inueniebatᷣ alia que cibū ei offerret
Tollam cibos ⁊ ego miniſtro. Sumēs ḡ ci/
bos eius acceſſit ad patientē ⁊ dicit ei. Ac/
cipe cibos ſoror ⁊ ꝯmede. Illa vero ꝯtinuo
exiliens in eā. veſtes eius ꝯſcidit: et cōte/
rens eam ꝓiecit in terram. et irruēs ſuꝑ il/
lam cepit māducare carnes eius. Clamore
autē facto et nulla p̄ſumente ei appropinq̄
re. currens Iulia ad coquinā dixit eufra/
xie. Feſtina dña quia germana a patiente
dilacerata ē. Currēs āt Eufraxia tenēs ma
nꝰ patiētꝫ et guttur. ⁊ eripuit ab ea germa/
nā cruētatā ⁊ dilaceratā. Cui dixit eufra
xia. bñ feciſti. qꝫ ſic ꝯtriuiſti ſororē. Illa vero
ſtabat ſpumā faciēſ ⁊ dētibꝰ ſtridēſ. dixit ei

eufraxia. Ab hac hora ſi maligna fuerꝫ erga
ſorores. nõ tibi cedo neqꝫ miſereor. ſꝫ vir-
gam dñe mee abbatiſſe tollam. et cũ ea te ſi
ne miſericordia flagellabo. Illa vero ſedẽs
repente ceſſauit. ¶ C Mane autẽ facto
ꝯpleto ſacro officio. et egredientibꝫ eis ab
oratorio. viſitans eufraxia patiẽtẽ inuenit
eam diſruptã veſtem ſuã in terrã ꝓieciſſe.
⁊ ſedentẽ ſuꝑ eam et colligentẽ ſtercus et
ꝯmedentẽ. At eufraxia vt vidit fleuit. et q̃
facta fuerant abbatiſſe nũciauit. Cõuenien
tes vero ſororeſ inuenerũt eã nudã ⁊ colligẽ
tem flegma ⁊ ꝯmedentẽ. Dixit aũt abbatiſ
ſa vt dareẗ ei alia tunica vt veſtiretur. Su
mens itaqꝫ eufraxia tunicã ⁊ parapſidem
cũ legumine ⁊ fragmẽ paniſ obtulit ei ⁊ di
xit. Accipe ſoror ⁊ veſti te: ⁊ guſta. q̃re ſic õ
turpas. Que ſumẽs ꝯmedit et bibit. Et in
duens eã miſtrauit ei. Eufraxia vero a lacri
mis nõ ceſſauit vſqꝫ ad veſpaꝫ ꝓ ea gemẽſ
Quo cum ꝑueniſſet mox ſupplicabat dño
cum lacrimis vt illa patiẽs ſanareẗ. Dilu
culo vero abbatiſſa vocans Eufraxiã dixit
ei. Cur me celaſti p̃ces offerens deo ꝓ hac
patiente. Si manifeſtaſſes mihi ⁊ ego ſine
dubio venirẽ. Cui eufraxia dixit. Ignoſce
mihi dña. vidi eam turpiter poſitã ⁊ infir
maꝫ. et volui ſuꝑ eam. Abbatiſſa vero dixit
Habeo tibi aliquid ꝯfiteri: ⁊ vide ne ſatha
nas tẽptet te: ⁊ elatio tibi genereẗ. Ecce ti-
bi xp̄us ꝑtãtẽ circa eos dedit vt eijcias eoſ
Audiens hec Eufraxia miſit cinerẽ ſuꝑ ca
put ſuum. et ꝓſternens ſemetip̃am in ter-
rã clamauit dicẽs. Que ſum ego infelix et
immũda vt demonẽ tantũ expellam quem
orantes ꝑ tantũ tp̄us nõ potuiſtis expelle-
re. Dicit ei abbatiſſa. Filia mea te ſuſtine-
bat hoc tp̄us. copioſa eſt tua merces in ce
lo. Ingreſſa quidẽ eufraxia monaſteriuꝫ
ꝓiecit ſemetip̃am ante altare: ſupplicãſ deo
vt p̃cibus eius ſanareẗ ⁊ de excelſo daretur
auxiliũ. Et ſurgẽs a pauimento orãs rur-
ſum ibat ad patienteꝫ iuſſione abbatiſſe: et
omnes ſorores ſequebanẗ eaꝫ vt mirarenẗ
que faciẽda erãt. ad quã accedens ait. Sa-
net te dñs meus ihũs xp̄us qui te creauit.
Et mox ſignũ crucis fecit ĩ fronte eꝰ. Mox
autẽ clamauit corã omnibꝫ. O quõ abiſta
im poſtrice et fallace exeo. habitãs in ea ꝑli
mos annos: ⁊ nullus me expellere potuit.
⁊ hec immũda atqꝫ luxurioſa conaẗ ꝑſequi
me. Cui eufraxia dixit. Non ego te ꝑſeq̃r.
ſed xp̄us omniũ deus. Dixit ei demõ. Nõ
exeo immũda. non enim accepiſti poteſtatẽ
eijciendi me. Eufraxia dixit. Ego immũda
ſum et om̃i malignitate plena vt tu quoqꝫ
teſtaris. Verũtamẽ iubente dño egredere
ab ea. Nam ſi ſumo bacculũ abbatiſſe fla
gellabo te. Siquidẽ reſiſtente demone et
exire nolente ſumẽs eufraxia abbatiſſe bac
culũ dixit ei. Exi aut certe torqueo te. Re
ſpondit ei. Quõ ab ea egredi potero cuꝫ ab
ea recedere nõ poſſim. Mox igitur eufraxia
cepit cedere. Et cũ tercio ꝑcuſſiſſet dixit. e-
gredere a figmento dei ſpiritus immunde.
increpet te dominus ihũs xp̄us. Demon
dixit. Non poſſum exire ab ea. Quid me ꝑ
ſequerꝫ vbi habeo ꝓficiſci. Eufraxia dixit.
In tenebras exteriores. in ignẽ eternũ. in
infinita tormẽta. parata tibi et patri tuo ſa-
thane: et facientibꝫ voluntatẽ eius. Om̃s
itaqꝫ ſorores ſtabant reſpicientes in eam ⁊
nõ preſumebant ꝓpius appropinq̃re. Eu-
fraxia vero dure certabat cum demone re-
ſiſtente. et reſpicienſ in celũ dixit. Domine
ihũ chriſte noli me in hac hora confundi.
vt non vincat me hic demõ immunduſ. Et
continuo demon ſpumans. ⁊ ſtridore facto
clamans voce magna egreſſus eſt a mulie-
re. et ab ea hora ſanata eſt. Cucurrerunt
ſorores: glorificantes in hoc deum. Ma-
gnus enim timor obtinuerat omnes. Eu-
fraxia vero tulit mulierẽ et abluit eaꝫ aqua
et induit eam veſtimento. et duxit ad abba
tiſſam. Que vna cum ſororibus introdu-
xerunt eam in monaſteriũ. et gloriaꝫ dede
runt deo ꝓ facto miraculo. Ab illa vero ho-
ra humiliauit ſe amplius Eufraxia. et ſine
ſomno tota nocte ꝑſiſtebat. omnẽ vero heb
domadam ieiunabat vt cõſueuerat ſine de-
fectu faciens cũctis ſororibus miniſteriuꝫ.
et cum omni ſtudio atqꝫ leticia in manſue-
tudine atqꝫ humilitate degebat. ¶ C
Vna dierum abbatiſſa vidit viſionem: ⁊
ꝯturbata eſt vehemẽter. Rogare autẽ cepe
rũt eã omnes ſorores ſupplicãtes ⁊ dicen-

tes.Cõfitere nobis domina abbatiſſa .cur
ingemiſcis :et nr̃as animas ſimul affligis.
Et dixit.Non me cogatiſ vſq; in craſtinũ
Dixerũt ei ſeniores ſorores.Crede domĩa
q̄ ſi nõ annũciaueris nobis:tribulatõnem
magnã animabꝫ noſtris ingeris.Abbatiſſa
dixit.Ego quidẽ quod futurũ eſt vſq; ĩ diẽ
craſtinũ dicere nõ volebam.ſed qꝛ cogitiſ
me:nũc audite.Eufraxia nos deſerit.Craſ
eñ hac vita priuabiť.Nulla vero indicꝫ ei
ne ꝯtriſteť.Hijs itaq; dictis magnus eiu/
latus ꝑ multas horas factus eſt.Vna aũt
ſororũ cũ ꝯgnouiſſet currens ad furnũ in/
uenit Eufraxiã panes coquentẽ.cui Julia
aderat ſ͛m conſuetudinẽ.Dixit ergo illa ſo
ror que venerat.Cognoſce dña eufraxia qꝛ
intus magnus luctus eſt apud abbatiſſam
ꝓpter te et apud ſorores.Audientes autẽ
hec Julia ⁊ eufraxia ſtupefacte ſunt.et di/
utius ſteteꝛt.Poſt hec aũt iulia dixit.Pu
taſ ne auditu audiuit abbatiſſa qꝛ ex miſſio
ne illi⁹ q̄ aliquãdo ſponſus fuerat tu⁹ :iuſ
ſit impator te abduci ex monaſterio ⁊ pro
pterea lamentanť.Cui eufraxia reſpõdit.
Viuit dñs meus ihũs xp̃us .qꝛ ſi oĩa fũ
damenta terre moueanť nõ mihi ꝑſuade/
re ꝑualebunt ut xp̃um dñm meum derelin/
quam.Veruntamẽ dña mea Julia dũ co/
quunť panes vade.vide fletus iſtos qd cõ
tigerit.ne anima mea ꝑturbeť.Illa vo per
gẽs et ſtans foris ante ianuas audiuit ſom
nium abbatiſſam hoc mõ referentẽ.Vidi
inq̄t quaſi duos cuiuſdam ſcematis viros
huc aduenĩẽtes qui q̄rebant eufraxiã tolle/
re.Dixeruntq; mihi.Dirige eã opus ha/
bet.Rurſum ergo ⁊ alij venĩẽtes dixerũt
mihi.Aſſumens tecũ eufraxiã deduc eã ad
dominũ.Quã mox aſſumens ꝑperauit cũ
eis.Et cum veniſſemus ad quandã portam
cuius gloriã enarrare nõ valeo ſponte no/
bis apta eſt.Et ingreſſe ſumus.et vidim⁹
ibi inenarrabile palaciũ celeſte.in quo et
ſolium nuptiale nõ manufactũ.Ego q̄dem
interius appropinq̄re non potui.eufraxiã
vero aſſumentes obtulerũt dño.Et proci/
dens oſculata eſt pedes eius immaculatos
Vidi ibi dena milia angelorũ ac multitudi
nem ſanctorũ inenarrabilẽ.et oĩes ſtabãt
reſpicientes.Et vidi:⁊ ecce mater dñi aſ/
ſumẽs eufraxiam adduxit eã ad thalamũ
nuptialẽ in quo decoris coronam parabat.
Et audiui vocẽ ad eufraxiã dicentẽ.Ecce
merces tua.Nunc itaq; ꝑge poſt decẽ di/
es veniens fruere hijs in ſeculis infinitis.
Et ideo qꝛ hodie nona dies eſt ex q̄ viſiõẽ
vidi cras morieť Eufraxia.¶ Audiẽs hec
Julia recitantẽ ſecrete abbatiſſam:tũdens
pectus ſuum et faciẽ amare deflens venit ad
clibanũ.Cum vidiſſet eam flentẽ Eufraxia
dixit ad illã.Cõiuro te ꝑ filium dei ſoror
Julia .indica mihi quid audiſti et q̄re plã/
gis.Dixit ei iulia.Plango dña mea qꝛ ho/
die ſepabimur a te.ſicut enim audiui a do/
mina mea abbatiſſa cras ex hoc corpe exa/
labis.Qđ dñ eufraxia audiſſet anguſtiata
eſt .et puſillanimis facta cecidit.Sedebat
autẽ iuxta eã Julia flens.Cui eufraxia di/
xit.Soror da mihi manũ tuã et leua me.et
duc me vbi ligna ſunt poſita.et ibi me po/
ne.et tolle panes de clibano ⁊ porta in mo/
naſteriũ.Fecit Julia hec ⁊ abbatiſſe nõ in/
dicauit.Cũ ergo iaceret Eufraxia in paui/
mento clamauit.Cur dñe abominatus es
me ꝑegrinã et orphanã.cur deſperiſti me.
Ecce tempus quãdo debebã cum dyabolo
pugnare.et anima mea a me expetitur Mi
ſericors eſto in me ancilla tua dñe ihũ xp̃e
dimitte me vel vnũ annũ quatenus defleã
peccata mea.quia ſine penitentia ſum.⁊ ab
omni penitentia nudata.non eſt in me op⁹
ſalutis .nam nemo in inferno ꝯfitebitur ti
bi.Non eſt penitẽtia in ſepulchro.nõ poſ/
ſum poſt mortẽ lacrimis ꝑualere.Nõ eñ
qui in inferno ſunt laudabunt te domine.
ſed viuentes laudabunt nomẽ ſanctũ tuũ.
Dona mihi vel adhuc vnũ annũ.ut peni
tentiam agam .quia deſolata ſum ſicut fi/
cus ſine adiutorio.¶ Cum ergo defleret
audiens quedã ſororũ indicauit abbatiſſe
atq; ſororibꝫ.qꝛ Eufraxia ꝓſtrata in repo
ſitõe lignorũ ita clamaret.Dixitq; Julia
Vere dña audiuit.qꝛ moritur ꝓpterea la/
mentatur.Dixit ergo abbatiſſa ſororibus
Quis annũciauit ei ⁊ aĩam ei⁹ afflixit.q̄s
indicauit ei et cor ei⁹ attriuit.Nonne vos
rogaui ne diceretis ei donec ei⁹ hora veniret

cur hoc feciſtis et afflixiſtis animã ei⁹. Jte
et adducite eã mihi. Jlle vero ꝑgentes di-
xerunt ei. Ueni dña euſraxia vocat te ab-
batiſſa. Jlla vͦo egreſſa eſt plorãs atqꝫ cõ-
turbata. et ingreſſa aſtitit abbatiſſe. deflẽs
atqꝫ merens et gemitib⁹ nimis afflicta. Ab-
batiſſa vero reſpiciẽs eã dixit. Quid habes
filia qꝛ ſic ingemiſcis. Euſraxia dixit. Plã-
go me dña mea: qꝛ ſciuiſti me moriturã et
nõ indicaſti mihi ut plangerẽ peccata mea
dum ſim ab omnib⁹ peccatis coinquinata.
Hijs dictis ſe ꝓſtrauit in pauimentũ: ⁊ te-
nuit pedes abbatiſſe. ꝑ quã omne ↄſiliũ ei⁹
alacriter eſt ꝑductũ. Clamauitqꝫ euſraxia
⁊ dixit. Miſerere mei dña et depcare dñm
vt mihi ↄcedat vel vnũ annũ. quia ſine pe-
nitentia ſum. ⁊ neſcio que me tenebre coo-
ꝑiant. Dixit ei abbatiſſa. Uiuit dñs. quia
celeſti ſenatui dignã te fecit rex tuus xp̄us
Et cepit omnib⁹ recitare quib⁹ bonis hab3
frui euſraxia. Et rogabat eã ut ꝓ ipſa domi-
nũ ſupplicaret. quatenus e⁹ particeps eſſe
mereret. Orabat enim vt cũ ea ↄuerſaret
in xp̄o. et ipſis donis quib⁹ ipſa erat fruitu-
ra ⁊ ipſa frueret. Euſraxia vero iacẽs ad pe-
des abbatiſſe: cepit tenere frigus ⁊ rigorẽ
poſt paululũ vero vehemens eã febris inua-
ſit. Abbatiſſa vero ſororib⁹ ait. Sumite eã
⁊ ingrediamur in oratoriũ. quia iã appropi-
quat hora eius. Poſuerũt ḡ eã in oratoriũ
et obſeruabãt eã vſqꝫ ad veſperã. ¶ Ueſ-
pere aũt facto cũ hora ſumẽdi cibũ iam ad-
ueniſſet p̄cepit eis abbatiſſa vt egrederent
ſolũmodo Juliã ſecũ retinẽs. ne aliqua ho-
ra relinqͥrent euſraxiam. et clauſis ianuis
vſqꝫ mane fuerũt cũ ea. Julia vero rogabat
Euſraxiam dicẽs. Domina mi ſoror non
obliuiſcaris mei. memẽto qꝛ inſeꝑabiliter
tibi ↄiuncta ſum ſemꝑ ſuꝑ terrã. Suppli-
ca deo ꝓ me. vt me nõ ſeparet a te. Memẽ-
to quia ego tibi ꝓuidi bona certamina. De-
p̄care dominũ vt me abſoluat ab hac ſarci-
na carnis: ut merear tecũ abire cũ fiducia.
Mane vero facto abbatiſſa videns qꝛ ĩ no-
uiſſima reſpiratõe eſſet euſraxia vt morere-
tur mandauit ſororib⁹ ꝑ Juliam dicens.
Uenite filie mee valefacite ei. quia iã defe-
cit. Quibus venientib⁹ valedixerũt ei: flẽ-
tes dicentesqꝫ. memẽto nr̄i dña ſoror Eu-
ſraxia. nomẽ benedictũ a deo qui te dilexit.
Poſt omnia aũt venit illa q̃ diu a demone
paſſa fuerat. et ꝑ eam ſalua facta ẽ. et lugẽs
ſicut et omnes oſculabat manus ei⁹ dicẽs
Jſte manus quantũ mihi indigne ⁊ pecca-
trici miniſtrauerũt ꝑ deũ. et ꝑ iſtas manus
demoniũ expulſum eſt a me. Et cũ euſraxia
reſpondere nõ poſſet dixit ei abbatiſſa. Fi-
lia mea. nõ56 miſereris vel h⁹ ſororis. Qua-
re nõ loqueris ei que ꝓpter te ita tribulat.
Euſraxia vͦo reſpondit ad ea3. Quare me
luges dña ſoror. dimitte me requieſcere qꝛ
deficio. verũtamẽ tu bñdic deum et ipſe te
cõſeruabit. Et dixit. Ora ꝓ me. qꝛ magnũ
certamẽ eſt in anima mea in hac hora. Cũ
ergo oraſſet abbatiſſa. et oĩs reſpondiſſent
Amẽ reddidit animã. Erat autẽ annorum
triginta. ſepelierũtqꝫ eã in tumulo vbi ⁊ ge-
nitrix eius euſraxia requieſcebat. et glorifica-
uerũt deum. qꝛ ꝓmeruiſſent habere ſororẽ
apud deũ. ¶ Julia vero magiſtra ei⁹
tribus dieb⁹ flens ab ei⁹ tumulo nõ receſ-
ſit. hec eñi docuerat eam lr̄as et pſalteriu3
et multũ eam diligebat cũ eius eſſet diſci-
pula atqꝫ ex genere imperatoris. Quarta
vero die leta facta Julia acceſſit ad abbatiſ-
ſam ⁊ dixit ei. Dña mea ora ꝓ me. qꝛ voca-
uit me xp̄us intercedẽte ꝓ me btã euſraxia
Et hec dicẽs oſculata eſt cunctas ſorores.
Quinta eñi die poſt obitũ btẽ Euſraxie de-
functa eſt et magiſtra ei⁹ Julia. et ſepulta ẽ
in ſepulchro vbi poſita erat btã Euſraxia
¶ Poſt triginta vero dies euocans abba-
tiſſa monaſterij priores: dixit ad eas. Filie
mee eligite vobis matrẽ. et cõſtituite in lo-
cum meum que vobis p̄eſſe poſſit. Jlle ve-
ro reſponderunt. Domina pro qua cauſa h̄
dicis denuncia nobis. Nunqꝫ enim famu-
labus tuis hoc dixiſti. Dixit eis abbatiſſa
Uocauit enim me domin⁹. Supplicauit
pro me domina euſraxia. et multum labora-
uit in ſuis precibus. quatenus ego celeſte3
thalamũ ꝓmererer. Nam et Julia ꝑ ſan-
ctam Euſraxiam particeps eius effecta ẽ.
⁊ ingreſſa ẽ in illud palaciũ nõ manufactũ.
⁊ ego feſtino digna fieri et cum eis locũ ha-
bere. Audientes ſorores de Euſraxia et de

Julia q̄ꝛ in maxima eſſent gl'ia. gaudebant
et oꝛabāt pꝛiter vt et ipē mererent̄ ad illum
thalamū accedere. Elegerūt ergo vnā ſoꝛo
rū noīe Theogenā ꝙ eis p̄eſſet. Quā euo
cans abbatiſſa ad ſe dixit ad eā. Ecce teſti
moniū bonū qđ ſoꝛoꝛes oīs de te dederūt
⁊ poſuerūt te ad principatū et p̄ſulatū tra-
ditōnis diuine legis et ꝯſequētia nr̄a. Cō
iuro te per intemeratā trinitatē ⁊ cōſubſtā
tialem. ne iſti⁹ mūdi ꝗras diuitias aut poſ
ſeſſionem. neqꝫ occupes ſoꝛoꝛes ad terre-
nas ſolicitudines. ſed magis vt ꝯtēnentes
tp̄alia bona ꝑpetua mereantur accipe. Et
rurſuʒ ſoꝛoꝛib⁹ dixit. Quō ꝑfecte noſt̄ꝫ vi
tam et ꝯuerſatōem eufrarie. eſtote imitāteſ
eam ut ꝑticipes eius efficiamī. Et cum di-
xiſſent omnes Amē valedicēs eis intrauit
oꝛatoꝛiū. et claudens ianuas p̄cepit vt vſ-
qꝫ ad diluculū nulla illaꝝ intraret. ¶ Ma
ne autē facto ingreſſe inuenerūt eaʒ obdoꝛ
miſſe in dn̄o. et hymnū dicentes dn̄o repo
ſuerūt eam in ſepulchꝛo ⁊ vbi btā Eufraria
recōdita erat. Ab illa enim die nequaqꝫ in
illo tumulo alia ſepelierunt coꝛpa. Multa
vero ſigna et ſanitates fiebant in memoꝛa-
to ſepulcro. et expulſi demones clamabant
q̄ꝛ poſt moꝛtē ꝑualet cōtra nos Eufraria et
ꝑſequit̄ nos. Hec eſt reuera vita Eufra
xie matrone que celeſti ſenatui intereſſe ꝓ-
meruit. Feſtinemus igit̄ ⁊ nos tam fratres
qꝫ ſoꝛoꝛes huiuſmodi ꝯuerſatōem habere
et ſectari humilitatē: obedientiā: laboꝛem
māſuetudinē: longanimitatē. vt et nos ita
angeloꝝ ꝯuerſatōem mereamur. ⁊ cū gau
dio magno fruamur ſaluatoꝛe dn̄o nr̄o ihū
chꝛiſto. Cui eſt honoꝛ et gloꝛia in ſecula ſe-
culoꝝ Amen.

¶ Explicit vita ſancte Eufrarie.

## Incipit vita ſerui dei Machariȷ̄ roma ni. qui inuentus eſt iuxta paradiſum.

R

Gloꝛiā et magnificentiā deo ſoli et
benigniſſimo agere debem⁹ qui
ꝑ innumerabilia miraculoꝝ exem
pla ad vite celeſtis gaudia nos ꝑduxit. De

niqꝫ nos miſeri ⁊ humiles monachi Theo
philus. ſergius et Thimus dep̄camur voſ
omnes ſanctiſſimos fr̄es: vt accōmodetis
aures hijs que vobis narraturi ſum⁹ đ vi
ta ⁊ ꝯuerſatōe ſanctiſſimi Machariȷ̄ roma
ni qui apparuit nobis ꝓpe ꝑadiſum ad vi
ginti miliaria. Et hoc rogam⁹ ut fidē dictꝫ
adhibeatis. ꝙ ꝗdē multo melius nobis fu-
iſſe credimus ſub ſilētie poꝛtu innoxios re
manere qꝫ de falſitatis crimine vt reos pu-
niri. Igit̄ nos ꝑtitulati fratres Theophil⁹
Sergius et Thym⁹ ꝓpicia diuinitate ab-
renūciātes ſeculo venim⁹ ad monaſterium
qđ eſt in meſopotamia ſyrie: in medio du
oꝝ fluminū tygris ⁊ eufrates. in ꝗ vir cla
riſſimuſ nomine aſclipion egumin⁹ multo
rū extitit p̄r monachoꝝ. Ibi deniqꝫ ꝯiun-
gentes a p̄nomīato p̄re et oīm cetu fratruʒ
gratāter ſuſcepti. ac iugo regule colla ſub-
mittentes ꝯmuni vita ꝯuerſati ſumus.
Factū eſt aūt tp̄e lōgo poſt hec hoꝛa nona
ꝗdā die ſynari expleta. accedētes ad eufra
tes fluminis litus ꝯſedim⁹ ibi. et aliqꝫdiu
inter nos de ſuſtinētia ⁊ ꝯuerſatōe ſimul ⁊
laboꝛe ſeruoꝝ dei diſputatū ē. Tunc mihi
miſero Theophilo venit in mentē cogitatō
⁊ reſpondēs dixi fratrib⁹ meis Sergio et
Thimo Uelle mihi adeſt o fratreſ dilectiſ
ſimi cūctiſ vite mee dieb⁹ ambulare: illocꝫ
ire vbi celū terre ſe ꝯiungit. At illi. te inqui
unt frater Theophile ut fratrē ſpiritalē ſꝑ
habuimus et pꝛioꝛē: ⁊ ammodo nullaten⁹
a te ſepabimur. Nobis eīm v̄ba tua placēt
idcirco vbi coꝛde ꝯcepiſti ꝑge: et nos in vi
ta ⁊ in moꝛte tecū erimus. Itaqꝫ ſurgētes
de loco intrauimus monaſteriū. factaqꝫ ve
ſpera omniqꝫ diurno officio et oꝛatiōe ꝯple
ta. ceteris quieſcentib⁹ clam monaſterium
egreſſi ſum⁹. ¶ Poſt hec vero decē et ſe-
ptem dies ambulātes ꝯiūxim⁹ ihr'lm. ⁊ ſā
ctam reſurrectōem ihū xp̄i et crucem ado-
rauimus. Deinde exeūtes in bethleem vidi
mus et ſalutauimus ſanctū p̄ſepe: vbi xp̄s
naſci dignatus eſt. et vbi ſtella magos ad-
duxit xp̄o munera deferentes. et vidimus
locum mirabilem vbi angelus cum multi
tudine exercitus celeſtis gloꝛiam in altiſſi
mis deo canebat. qui loc⁹ ad duo miliaria

longea bethleem ſitus eſt. Jn montē quo/
ꝗ oliueti aſcendimuſ. et in ipo loco ſancto
adorauimus vbi xp̄us pedibꝫ ſtetit q̄n ele/
uatus eſt: ⁊ a nube ſuſceptus aſcēdit ad ce/
los. Exinde ihrl̄m reuerſi adorauimꝰ deū
⁊ ꝯſignantes nos et ꝯmēdantes xp̄o ⁊ ſan
ctis eius exiuimus nō habētes iam animū
⁊ mentē in h̄ ſeculo. Jgit̄ nos xp̄i ꝯmitāte
gr̄a viā ꝯtinuo aggrediētes. ac q̄nquageſi
mo die fluminis tigris alueū ptrāſeuntes
terrā pſarū ingreſſi ſumus. ⁊ venimꝰ in cā
pū magnū ⁊ planiciosum vocabulo aſſya. i
quo martir xp̄i ſctūs mercurius apoſtatam
Julianū ꝑemiſſe legit̄. Deinde ciuitatē ꝑ/
ſidis noīe Kytiſſefodo intrantes. in q̄ tres
pueri Ananias. azarias. mizabel requieſcūt
longe a babilone. adorauimus ibi. ⁊ in eo/
dem loco māducātes ⁊ dn̄o hymnū laudiſ
offerētes māſimus dies aliquot. L ¶
Jnde ꝓfecti poſt mēſes q̄ttuor ptrāſiuimꝰ
perſidis regionē. et indie terrā ſunꝰ ingreſ
ſi. Jngrediētes vero domū quandā: et ne/
minē ibi habitatorē reperientes duos ibidē
fecimꝰ dies. Et ecce tercia poſt hec die ap/
paruerūt aduenientes duo armati. vir et fe/
mina. Nos v̄o nimio terrore ꝑterriti ſur/
reximus. illiſꝗ obuiā ire deliberauimꝰ. ipſi
autē nos vidētes ſimul ac exploratoreſ eſſe
credentes. cōcito gradu ꝑ viā qua venerāt
redierūt. et poſt aliquantulū ꝯgregati de ſu
is q̄ſi tria milia ethiopes aduenerūt. Qui
feſtināter domū in q̄ eramus orātes vallo
circūdantes. noſꝗ cūcti aſpiciētes ꝑ q̄ttu/
or eiuſdem domus angulos ignē copioſū
applicuerūt viuos nos cremare nitentes.
Quō nos vt aſpeximꝰ: timore valido exter
riti. xp̄m omniū ſaluatorē inuocauimꝰ: ⁊
in mediū illoꝝ ꝓſiliuimus. Tunc ipi ligua
ſua multū inuicē murmurātes. diuꝗ ꝯtra
nos frēduentes cum nos illos: nec ipi nos
nullatenus intelligere poſſemꝰ. ꝯp̄hendē/
tes nos in obſcuro clauſerūt carcere. Se/
dentibꝫ ḡ nobis in tenebris nō erat q̄ panē
vel aquā tribueret. Nos deniꝗ cū lacri/
mis omnipotētis dei creatorꝫ omniū miſe
ricordiā inuocare haud omiſimꝰ. Facienti/
bus aūt nobiſ ibi dies aliquot iteꝝ ꝯgrega
ti. cū nos fame et ſiti exanimes credidiſſēt
circūdederūt carcerē. Sed cū orātes nos
aſpexiſſent: apientes ianuā eduxerūt nos.
et cū multū inter ſe murmurātes loq̄rent̄.
nouiſſime cū lignis agreſtibꝫ cedentes nos
acriter de finibꝫ ſuis eiecerūt. ⁊ octoginta
dies ſine cibꝫ expleuimus ſicut teſtis ē no
bis deꝰ. Eiecti itaꝗ a finibꝫ illis. iter feci/
mus dies multos in orientē. ⁊ venimꝰ i lo
cū admirabilē et campū gl'ioſum. q̄ arbori/
bus altiſſimis plenus: ⁊ melliſluis fructibꝫ
abūdabat. Deniꝗ nos glorificātes ⁊ lau/
dantes deū māducauimus dulciſluos fru/
ctus ⁊ ſaturauimꝰ nos valde. Jtaꝗ exeun
tes inde terrā chananeoꝝ ingreſſi ſumus.
⁊ videntes illos in aſpectu eoꝝ valde mira
ti ſumꝰ. Jpi v̄o cū mulieribꝫ ſuis et ꝑuuſ
ſubtus in petris habitātes noſ oīno nō teti
gerūt. xp̄i nos ꝓtegēte gr̄a. Jnde igit̄ ꝓfe
cti ꝯ orientē. cum centū ⁊ decē dies coſ ꝑ/
trāſeuntes iter noſtrū feciſſemꝰ. intrauimꝰ
terrā gētis q̄ noīat̄ pychiti. Jpa v̄o gens
in ſtatura et altitudine ſua nō pluſ q̄ꝫ men
ſurā vnius cubiti habebat. Et vidēteſ noſ
timore ꝑculſi fugierunt. Nos aūt deū col
laudantes q̄ de illoꝝ manibꝫ nos liberauit.
curſum noſtrū q̄tidie accelerauimꝰ. M
¶ Poſt hec autē deuenimꝰ in mōtes altiſ
ſimos terribileſꝗ vbi ſol nō intrat. nec ar/
bor nec herba creſcūt. Jbi ergo ſerpētes in
numerabiles ⁊ dracones ⁊ aſpides. ſed et
baſiliſcos ⁊ viperas ⁊ vnicornes ⁊ buba/
los vidimus multos. alias q̄ꝫ beſtias mor
tiferas multas. et venenoſa aīalia q̄ꝝ nomi
na vel naturā penitus ignoramus. Dexte
ra igit̄ dei nos ꝓtegente illeſi ptrāſiuimus
illa. ſed ⁊ ſibilos draconū ⁊ ſerpentū ꝑ vi/
ginti ꝯtinuos dies in auribꝫ habuimꝰ. ⁊ nō
niſi aures obturātes illos ferre quiuimꝰ.
¶ Jnterea in locū incidimꝰ terribilē ru/
pes habentē aſꝑrimas: in altū erectas ⁊ in
yma deſcēdentes. Nos ḡ ſeptē dies ibi fe
cimus vltra ꝓgredi nō valētes. Septima
autē die poſt hec apparuit ceruus ante nos
ambulās rugiēdo. quē ſurgētes ſecuti ſu/
mus. Jter aūt faciētes multo maiores iue
nimus ante nos rupes. Nos v̄o mario cū
labore et anguſtia exinde euaſimus et veni
mus in campū planū et magnum. in quo

elephantoꝝ magna multitudo ſtabat. et ꝑ
mediū illoꝝ illeſi trāſiuimus. Poſt hec ita
ꝙ minime nobis apparuit via. Tunc nos
cum lacrimis clementiā domini inuocātes
et ꝑ nouē dies ſine cibo ꝑ deuia ambulātes
coniunximus tandē in locū planicie largū.
qui fructibꝫ plurimis abundabat. Jā ergo
tenebre denſiſſime cūcta illa repleuerāt lo-
ca. nec aliquid lucebat. ſed nebule obſcuriſ-
ſime erant. Tūc nos nimium turbati ⁊ af-
flicti cadentes in terrā cum planctu valido
orātes clamauimus ad deū. ⁊ in eodē loco
dies ſeptem ꝯpleuimꝰ. nō māducātes nec
bibentes nec lumen celi videntes. Nobis
autē valde afflictis et in orōne perſiſtenti-
bus. poſt dies ſeptē affuit colūba: que no-
bis appropinquans ac diu circa nos voli-
tans. et pennulas fortiter ꝑcutiēs quaſi ad
ambulandū nos ꝯfortabat. Tunc nos deo
agentes grās ſurreximus. illa ꝓcedente ꝑ
deuia iter fecimus. ⁊ ecce ante nos mari-
mā inuenimus abſidā. in circūitu ſcriptā.
Uidentes vero ſcripturā illā gauiſi ſumus
⁊ collaudauimus dn̄m. Hec autē erat ſcri-
ptura. abſidā iſtam fecit alexāder philippi
macedo imꝑator qn̄ ꝓſecutus eſt Darium
regem ꝑſarū. Qui terrā hanc ingredi vo-
luerit ad manū ſiniſtrā vadat. ad dextram
enim terra inuia et rupibꝫ ⁊ anguſtijs eſt
plena. Nos igit̄ ad leuā intrātes ambula-
uimus dies multos. Et factū eſt poſt q̄dra-
ginta dies. eūtibus nobis venit peſſimus
⁊ intolerabilis fetor. ex quo velut exanimes
effecti cadentes in terraꝫ: orauimus dn̄m
vt iam clementer recipi iuberet aīas nr̄as.
Poſt modicū vero ſurgentes a terra aſpe-
ximus lacū magnū et multitudinē ſerpenti-
um in eo ignitorū. et ex ipo lacu exierūt vo-
ces. et audiuimus vlulatū et planctum ma-
gnū quaſi ꝑpli innumerabilis. ⁊ dō celo vox
ſonuit dicēs. Locus iſte iudicij et penaꝝ ē
in quo crucianť q̄ xp̄m negauerūt. Nos au-
tem vocē hāc audiētes et pectora ꝑcutien-
tes cum lacrimis ⁊ timore nimio ipm trā-
ſiuimus lacū. et venimus inter mōtes du-
os altiſſimos. et in medio ipoꝝ apparu-
it nobis homo longa ſtatura quaſi centum
cubitorū. et ipe cathenis cōſtrictus ereis:
toto ligatus erat corꝑe. Due autē cathene
de vna corꝑis parte in monte vno erant fi-
xe. ⁊ due in monte altero. et ignis maximꝰ
in circūitu eius ex omni ꝑte. Uox aūt cla-
moris illius audiebať quaſi ꝑ quadraginta
miliaria. Qui ut nos vidit plorās et eiu-
lans fortiſſime exclamauit. crudeliter eniꝫ
ab igne cremabať. Cūq; nos talia cernere-
mus valde ꝑtimuimus. et cooꝑientes fa-
cies a lōge ipos trāſiuimus montes. ⁊ ec-
ce in aliū continuo deuenimus locū. vbi ru-
pes multe et ꝓfunditas magna erat. Jbi
etiā quandā vidimꝰ feminā crinibꝫ ſolutis
ſtantē toto corꝑe a maximo et terribili dra-
cone inuolutā. Qn̄cunq; ergo ad loquen-
dum os ſuū aꝑire voluiſſet caput ſuū dra-
co confeſtim in os eius mittēs linguā ipiꝰ
mordebat. Capilli autē huius mulieris ad
terrā vſq; deſcēdebant. Cūq; in illā mirā-
tes ⁊ pauidi aſpiceremꝰ ſubito de ipa pro-
funditate et valde miſerabiles audiuimus
voces dicentes. Miſerere nobis miſerere
xp̄e fili dei altiſſime. Nos itaq; vehemēter
exterriti ponētes genua in terrā orauimus
dicētes cū lacrimis. Dn̄e qui nos creaſti
tolle aīas noſtras. quoniā iudicia tua oculi
noſtri viderūt in terra. ¶ Surgentes aūt
ingenti luctu et merore ſimul et timore ve-
nimus in locū aliū. in quo arbores multas
⁊ maximas vidimus habētes ſimilitudinē
ficoꝝ. Jn ramis aūt ipis volatilia multa.
ſimilia auibꝫ celi voce humana fortiter cla-
mabāt dicentia. Parce nobis dn̄e q̄ plaſ-
maſti nos. parce nobis miſericors qꝛ pecca-
uimus an̄ faciē tuā ſuꝑ omnē terraꝫ. Nos
autē orauimus dicētes. Dn̄e miſericordiſ-
ſime oſtēde nobis iſta que vidimꝰ miracu-
la tua. quoniā ignoramus q̄d ſint. venit er-
go vox dicēs. Nō eſt veſtrū noſſe miſteria
que vidiſtis. viā ꝑgite veſtrā. Jnde igitur
cum ingenti pauore egreſſi deuenimꝰ ī lo-
cum honorabilē ac ſpecioſiſſimū in quo q̄t-
tuor viri ſtabant. habentes figuras venera-
biles tāq; mira pulchritudine decoras: vt
credi aut fari omnino facile vix poſſit. Jſti
ſiquidē coronas aureas gēmis ⁊ lapidibꝫ
honorifice cōpoſitas in capitibꝫ habebant.
⁊ in manibꝫ palmas aureas geſtabāt. ignis

vero maximus ac terribilis añ illos. ⁊ ſpa-
tas acutiſſimas ante ſe tenebāt. Nos ergo
iſta cernētes ac valido ꝑculſi timore excla
mauimus ad illos dicētes. Dñi et ſerui dei
excelſi miſeremini nr̃i ut ſpate ⁊ iſte ignis
nobis nō p̄ualeant nocere. At illi rñdentes
nobis dixerūt. Nolite timere viā quā vo
bis deus demōſtrauit. ite ſecure. nos eñi do
minus poſuit in iſto loco. ut viā hāc ſerua-
remus et cuſtodiremus vſq; in diē iudicij
qñ orbem terre iudicaturus adueniet. Hec
nos audiētes a ſanctis viris illis. ac de lon
ge eos ſalutātes ptrāſiuimus locū ipm. ⁊ ꝑ
q̄draginta cōtinuos dies ambulauimꝰ nul
lum omnino cibū ſumentes aquam tantū
bibentes. ¶ Ambulātibꝰ ergo nobis ſubi-
to voces populi innumerabilis audiuimus
pſallentiū. ⁊ odor ſuauiſſimꝰ quaſi balſami
optimi ac p̄cioſiſſimi venit nobis. ⁊ ſicut de
mellis fauo dulciſſimo os noſtrū indulco-
rauit. de ſuauiſſimo igit̄ odoris nectare ac
celeſtis melodia cantilene ſopor nos arripu
it. Poſt modicū aūt ſurgētes e ſomno vi-
dimus ante nos eccleſiā mirabili ornatu de
coratam ac p̄cioſiſſimā: que tota quaſi cri-
ſtallina videbat̄. in medio autē ipſius eccle
ſie altare honorificū. et de altari aqua egredi
ebat̄ que lactis cādidiſſimi colorē habebat
Nos autē aquā ipſam in veritate lac ſpera
uimus. In circuitu vo fontis illius ſtabāt
viri ſancti ⁊ honorabiles: ⁊ cātabant canti
cū celeſte. i. voces cherubin. Nos autē hec
intuentes timuimus valde. Ipſa vero ec-
cleſia a pte meridiana ſimilitudinē habe
bat lapidis praſini p̄cioſi. a parte auſtrali co
lorē ſanguinis mūdiſſimi p̄tendebat. a pte
autē occidentali tota erat alba inſtar lactis
et niuis candidiſſime. ſtelle ſup ipſam eccle-
ſiam pluſq; huius mūdi ſidera lucebāt. ſol
ibi ſeptempliciter lucebat et calebat q̄ȝ ī hu
ius terre regione. alpes et arbores omnes
plus alte. et folia ac fructus plures et dulci
ores q̄ȝ iſtius mūdi arbores habebant. ſed
et aues celi aliter reſonabāt q̄ȝ aues t̄re iſti
us. Omnis autē terra ipſa duplices habe
bat colores. i. vna facies alba erat vt nix. ⁊
alia rubicūdiſſimis coloribꝰ erat. Nos igi
tur ſtupentes ⁊ in eodē loco adorantes. ac
ipſos viros ſalutātes. cum timore egreſſi ce
ptum iter arripe feſtinauimus. N ¶
Deniq; poſt hec centū impleti ſunt dies:
vt dñs teſtis ē nobis q̄ nullo refecti ſumꝰ
cibo. aqua nos freq̄ntius refocillantes. Cū
ecce ſubito euntibꝰ nobis venit ꝑpli innūe-
rabilis multitudo virorū ac mulierꝝ obuiā
in vnū cōglobati. nō autē inter illos longi
orē p̄terq; vnius cubiti ſtaturā vidimus.
igit̄ viſis illis valde ptimuimus. tunc miſe
rabilis ego et peccator Theophilus dixi
fratribꝰ meis Sergio et Thimo. Soluē
tes capillos noſtros veniamus aduerſus
eos forſitan fugiēt a nobis. et liberabit nos
dñs de manibus illorū. Quod cū ipſis vi-
ſum fuiſſet bonū ſolutis faſciolis ⁊ capillis
noſtris irruimus ſup eos repente. ipſi aūt
hoc cernētes ꝯfeſtim filios ſuos arripiētes
ſtridentesq; dentibꝰ citius aufugerūt oēs.
Nos autē dñm collaudauimus qui eripu-
it nos et trāſeuntes flumen inuenimꝰ her-
bas cādidas et albas ſicut lac: dulces ve-
lut mel. altas vero vſq; ad vnū cubitum.
Māducantes itaq; de herbis mellifluis ac
nos ſaturātes ex eis gratiarū actōes crea-
tori omniū obtulimus: qui nos ꝑ tanta ſer
uauit picula. ac gratuita nos ſua gratia nu
triebat. Nos interea viā inuenimus ſpeci
oſam. et cadentes in terrā adorauimꝰ ⁊ col
laudauimus dñm miſericordē qui eā no-
bis demōſtrauit. ¶ Igit̄ ꝑ dies plurimos
ipſam viā ſequentes. tandē ad ſpeluncā ꝑ-
uenimus honorabilē. tūc ſignaculo ſancte
crucis mēbris vndiq; munitis. in eandem
ingreſſi ſumus criptā. ſed nullū ibi inueni-
entes habitatorē diximus inter nos. Iu
dicia hec nō eſt niſi de manu hois. Manea
mus ergo hic vſq; ad veſperū et videre ha
bebimus loci illius habitatorē. His q̄ di-
ctis vna hora vtpote laſſi reſedimꝰ. et ſubi
to odore ſuauiſſimo pfuſi obdormiuimus.
Rurſum igit̄ paruo interuallo excitati a
ſomno foras ſpeluncā exiuimus. et ꝯtra ori
entē reſpeximus. ⁊ ecce ſubito figurā hois
a lōge ꝓperantis vidimus. cuiꝰ capilli ca-
pitis inſtar lactis cādidiſſimi aut niuis q̄ſi
in aera volātes totū viri corpus opuerūt.
Ipſe autē mox ut nos a lōge reſpexit. ſemet

ipſm in terrā ꝓiecit. ꝓtinus ac rurſum ele-
uans ſe. ad nos ita clamare cepit. Si vos
ex deo eſtis ſancte crucis ſignaculo muni-
te vos ad me vſqꝫ ꝓperātes. ſin autē ex dy-
abolo fugite a me dei ſeruo. Hec eo dicēte
tali voce affati ſumus. Benedic nobis pa-
ter ſancte. et noli turbari. qm̄ et nos fui ſu
mus ihū xp̄i dn̄i et ſaluatoris noſtri. Re-
nūciauimus ſiquidem ſeculo huic vano fa
ctiqꝫ ſumus monachi. Talia vt audiuit ili
co ad nos venit. ⁊ manus ſuas ad celū ele-
uans diutius orauit. ⁊ ſurgens ab orōe ca-
pillos ab ore et facie ſua tollēs bn̄dixit nos
ac locutus eſt nobis. Ipſius vero capilli capi
tis ac barbe erant candidi ut lac. facieſqꝫ eꝰ
ſicut vultus angeli. Erat enim ſicut lignū
ſecus aq̄ꝝ decurſus plātatū. et p̄ ſenectu
te nimia oculi eiꝰ nō ap̄iebant̄. eo ꝙ ſup̄ci
lia eos coop̄iebant. Ungule nēpe manuū
eius ac pedū longe nimis. barba vero ⁊ capil
li corpus eius om̄e circūdederūt. cutis illiꝰ
quaſi pellis teſtudinis. ¶ Tūc ipſe cū la
crimis ad nos exorſus eſt ita. Fratres mei
benedicti vn̄ eſtis. vel vnde huc adueniſtiſ
dicite nobis qualiter ſe h₃ genus humanū
vel quō fides xp̄ianoꝝ. ⁊ ſi ſaraceni l'ethni
ci hactenus xp̄i p̄pl'o p̄ſecutōem ingerunt.
Nos itaqꝫ vt interrogati ſumus ei p̄ ordi-
nem reſponſa dedimꝰ. ſimul dicētes angu
ſtias ⁊ p̄icula: quē p̄ omnē paſſi ſumꝰ viā.
et q̄r voluntas ac deſideriū eſſet ire vbi ce-
lū terre ſe iūgit ap̄uimus. Ipſe aūt ad hec
r̄n̄dens ait. Filioli mei cariſſimi audite me.
Ab iſto loco vltra ad p̄adiſi loca nō p̄t ire
hō carne veſtitus. Ego eñi peccator exiguꝰ
valde in hac etiā volūtate laboraui cupiēs
vltra ꝓcedere vt finē terre ac poli cernere
q̄uiſſem. ſed nocte quadā aſtitit mihi in vi
ſu dn̄i angelus. dixitqꝫ ad me. Ne vltra ꝓ-
cedas. neqꝫ dn̄m tēptare p̄ſumas. Cui ego.
quā ob cauſam inq̄ꝫ mi dn̄e in antea p̄gere
nō licet. At ille. d' iſto inq̄t loco viginti ſūt
miliaria vſqꝫ ad p̄adiſum. vbi Adā ⁊ eua
in delicijs ꝯſtituti fuerūt. ſup ipſm vero p̄a-
diſum celū terre iungit̄. Poſuit deniqꝫ do
minus ante eundē p̄adiſum cherubin cum
ignea romphea atqꝫ volubili ad cuſtodien
dū vite lignū. ⁊ h₃ a pedibꝫ vſqꝫ ad vmbili

cum ſilitudinem hoīs. pectus ſicut pectꝰ le
onis. manū ſicut criſtallū habēs gladiū vt
ſeruet p̄adiſuꝫ. nec aliq̄s illuc ꝓximare va
leat. Ego itaqꝫ hec audiens ab angelo. am
pliuſ nō reſpondi. nec vltra ꝓcedere tēpta
ui. ¶ ¶ Igit̄ ego Theophilus ⁊ itine-
ris mei ſocij ac fratres. iſta a ſctō audiētes
ꝓſtrato omni corp̄e collaudauimus dn̄m.
⁊ ipſm ſeruū dei ſalutauimus. Veſp̄e autē
facto dixit nobis. fratres mei dilectiſſimi
exite foras cellulā ⁊ expectate paululū. ha
beo enim leones duos q̄ p̄ diē foras ambu
lantes ſero ad me reuertūt̄. ne ipſis ſubito
venientibꝫ mali aliq̄d patiamini ab eis. No
bis ergo cū pauore paululū exeuntibꝫ leo-
nes rugiēdo extimplo aduenerūt. Ipſe ve-
ro manus ſup̄ eoſ ponēs ac colla demulcēſ
ait illis. Filioli mei. boni fratres tres d' ſe
culo venerūt ad nos. ne faciatis illis malū.
Cōtinuo nos aduocās dixit. Fratres veni
te ⁊ iam timere nolite. Nos vero cū pauore
nimio intrātes ſalutauimus illū. et veſp̄ti
na ſynaxi celebrata reſedimꝰ. glādes ac her
baꝝ radices ꝓ cibꝫ ſumentes ⁊ aquā bibē-
tes cū ſilētio. Mane aūt facto locuti ſumꝰ
viro ſancto dicentes. Pater ſancte ⁊ dn̄e
obſecramꝰ tuā beatitudinē ut ꝯuerſatōneꝫ
tuā nobis enarres. et quō huc aut vnde ve
niſti. et q̄ noīe voceris edicito nobis ¶ At
ſanctus nobis tale dedit r̄n̄ſum. Ego inq̄t
mi amantiſſimi fratreſ et filij. macharíꝰ vo
cor. in regali ciuitate natus et nutritus. fili
us viri romani. q̄ inclitus fuit: ⁊ in imp̄ia
li pollebat ciuitate. Cū autē puerileſ exceſ
ſiſſem annos. me rēnuente ac nolēte pater
meus deſponſauit mihi vxorē. dieqꝫ ſtatu-
it nuptiarū. Interea thalamo adornato cū
iam freq̄ntia p̄pl'i fuiſſet inuitata. et ſpōſa ſe-
dente p̄r meꝰ hilarior effectus. cūctos inui
tatos hortat̄ petere q̄dq̄d vellent. Omni-
bus aūt q̄ aderāt iocis ac ſaltatōibꝫ intētis
furtim exiui: et domū vidue cuiuſdā fami
liaris intraui. ac ſeptē dies cum illa latitāſ
p̄manſi. Ipſa aūt diebꝫ ſingul' domū p̄ris
mei ingreſſa. audiuit queqꝫ de mea inquiſi
tōne loq̄bant̄. et veniēs cūcta mihi explicāſ
dixit. Pr̄ aūt meus cū me vndiqꝫ req̄rēdo
nō inueniret fleuit amariſſime. ſed ⁊ mater

ac tota familia. Octaua exinde die. id ē no
cte dñica. mulierē illā ſalutaui et egreſſus
in publicā viā. inueni virū quendā canicie
venerabilē. q̄ſi ad ambulandū ſtantē. quez
adorās dixi. Ubi ꝑgere habes ſenioꝛ ſan/
cte. At ille hilari vultu ad me ꝯuerſus dix/
it. Ubi tu ire deſideras ego tecū ire diſpo/
no. eo ꝙ itinera iſta mihi opido ſunt ꝯgni/
ta. Tūc ego ꝯfortatꝰ cepi hoiem ſeq̄. Per
domos vero exinde intrātes vicinas. ꝑ vi
am panē rogauimus accipe. ⁊ accepimus.
Per plurimos aūt dies ambulātes tādē
ꝑuenimus ad anguſtias viaꝝ omniū vnde
vos venire dixiſtis. ¶ Cū ḡ ad trigīta milia
ria ꝓpe locū iſtū veniſſemꝰ. q̄dā die ſedenti
bus nobis inter iſta mutua colloq̄a repēte
ſocius diſꝑuit. Tunc ego nimiū turbatus
⁊ quo me vterē ignarus cadens in terram
plāgebam validiſſime. Et ecce ꝯfeſtim ſi/
ne mora is q̄ ante diſparuit cū magna cla/
ritate apparuit. ⁊ ita affatus eſt me. Noli
turbari dilectiſſime. Ego eñi ſum angelus
raphael in adiutoriū tibi miſſus. q̄ te huc
ꝑduxi ꝑcepto altiſſimi. Dñs aūt viā tuam
ꝓſperā fecit. Loca ſiq̄dē tenebrarum. loca
tormentoꝝ. loca penaꝝ ꝑtrāſiſti. in lucē ve/
niſti. fontē aque viue ⁊ loca iuſtoꝝ vidiſti
Idcirco noli timere. ſed ſurgens viā tuaz
ꝓficiſcere. Quo dicto rurſus q̄ apparuit di
ſparuit. Ego vo interea viribꝫ receptis ſur
gens ambulare cepi. ⁊ a lōge onagrū intui
tus clamaui. dixiq̄ illi. Aue ꝑ xp̄m qui te
creauit. oñde mihi viā ꝑ quā ambulē. ipſe
autē cōcite ocurrēs ingreſſus eſt añ me per
ſemitā q̄ndā ꝑuulā ⁊ anguſtā. Quem ego
ſubſecutus ſum. ſicq̄ duos ꝯpleuimꝰ dies
ſimul ambulātes. Die aūt tercia aſpeximꝰ
ceruū mire magnitudis a lōge. Quē ona/
ger videns et ꝑtimeſcēs declinauit a me.
iterum ego ſolus relictus anguſtiatus ſuz
viā omnino nō habens. Tūc ꝯ ceruū cla/
mās dixi. Quia adiutoriū mihi tuliſti per
deū te ꝯiuro ſemitā mihi oñde. Ad hāc vo
cem veluti aīal domeſticū ad me declinanſ
anguſtū ingreſſus eſt callē pꝰ terguz me ſꝑ
aſpiciens. Sic ḡ treſ inſimul ambulauimꝰ
dies. Tū ecce q̄rta die immēſum ac terri/
bilē inuenimus draconē mediā diſtentuz
ꝑ viā. Quē ut ceruus vidit. repēte fuga e/
lapſus euaſit. Ego interim timore valido
ꝑculſus in terrā cecidi. Deinde ꝯfortatuſ
in dño ſurrexi. ac me ſigno ſctē cruciſ mu/
niēs ad draconē dixi. Deū omnipotentez
time: ⁊ noli mihi nocere. Tūc iſte terribili/
ter de terra ſe erigens: hūana me affatus ē
voce dicēs. Ueni bñdicte dñe. tu eñi es ſ/
uus dei altiſſimi Macharius. Angelꝰ aūt
ſctūs raphael figurā ⁊ vultū tuū mihi de/
mōſtrans ꝑcepit cōcite vt tibi occurrerē.
atq̄ ꝑducerem in locū a deo tibi ꝑꝑatum.
Ego itaq̄ q̄rto hodie die te hic expectaui.
nihil oīno ꝯmedens. Hac vo nocte ī nu
be lucidiſſima te ſedentē aſpexi ſimul ⁊ vo/
cem deſuꝑ audiui dicentē mihi. Accelera
vt eripias ſeruuz dei Machariū qui adeſt
vt tibi ꝑdixi. Quaꝓpter ſurgens ſeq̄re me
ne dubites. ſꝫ veni ⁊ locū mōſtrabo tibi vbi
dñm debeas collaudare. Hijs ergo dictis
q̄ſi vir iuuenis apparuit. ⁊ mecū ad ſpelūcā
hāc vſq̄ ꝑuenit. Cūq̄ ingreſſi fuiſſemus
repente euanuit. ¶ Tūc ego pecca/
toꝛ in ꝑte altera ꝓſpexi duos leonis catuloſ
iacentes. mr̄ autē illoꝝ iuxta illos mortua
iacebat. Quā ego foras eijciēs ſepeliui. et
dñm collaudās glificaui. q̄ tāta in me mi/
rabilia fecit. et de tā grauibꝫ anguſtijs libe/
rauit. iſtos aūt leunculos frōdes arboꝝ de/
cerpens ac illis porrigēs ut ꝓprios enutri/
ui filios. ſicq̄ duos annos inſimul quiete
habitātes ꝯpleuimꝰ. Tū ecce poſt hec laq̄ꝰ
dyaboli. cuiꝰ nūq̄ a ſeruis dei ceſſat inuidia
affuit. Nam die q̄dam hora q̄ſi ſeptima e
ſpelūca foras egreſſus. ſole ferueſcēte reſe/
di. tūc ſubito ſubtile faſciolū et oculis dele
ctabile iuxta me ī terra poſitū aſpexi. Ego
vero in memetiſo cogitās dixi. vñ in hac
ſolitudine faſciolū. Eſtimās tñ q2 in verita/
te eſſet faſciolū. oblituſq̄ ego miſerrimꝰ me
ſigno crucis munire. q̄m q̄dē ſacroſctē cruciſ
ſignaculū oēm inimici eneruat fantaſiam.
miſi manū: ⁊ leuās faſciolū reportaui ī ſpe/
luncā. altera nihilominꝰ die egreſſus cal/
ceos femineos reperi iacētes in terra. ſed
nec tūc miſer ego inſidias dyaboli aduer/
tens. nec crucis vexillo me muniēs calceoſ
leuaui. et in ſpeluncā portās faſciolo iunxi

Tercia aũt iã die iterũ exiens dyabolũ in
decore vel ſpecie mulieris veſtibꝰ ꝑcioſ in
ductam ſtantẽ inueni. ego vero miſerabilis
nec ſic ꝙdem laqueos inimici recordãs nec
aliquo mõ me ſignãs. ſed credẽs in verita/
te qꝛ mulier eſſet aio ad illã. Vñ huc adue
niſti. aut qͣs in hanc te adduxit ſolitudinẽ.
Illa ꝯtinuo flere amariſſime cepit. Tunc
ego miſellus ſimul cũ illa veluti ꝯpatiẽdo
valde ploraui. Poſt hec tñdẽs dixit. Ego
miſerrima o pater ſanctiſſime filia ſum viri
romani ꝙ cũ me inuitã ac nolentẽ deſpon/
ſaſſet iuueni cuidã nobiliſſimo romano: ac
dies nuptiarũ venirent: et thalamũ ac cõ/
uiuiũ ordinarẽt. inter nuptias ipas ſpõſus
meus diſparuit. Cũq; turbati oẽs huc il/
lucq; eũ inqͥrendo turbarent̃. ego gauiſa ef
fecta clam exiuj. et nocte eadẽ iter arripiẽs
nec itineris ducẽ aliquo mõ habẽs ꝑ angu
ſta mõtiũ ac valliũ errãdo huculq; ꝑueni.
Hec ego cũ audiſſem ⁊ oĩa ita eſſe credidiſ
ſem. ſimul ⁊ ſponſam meã fore ſperãs. per
manus apprehẽdi illã. et in hãc introduxi
ſpeluncã. lacrime vero ab eius oculis nullate
nus ceſſabãt. Tũc ego miſerijs ⁊ lacrimis
eius ꝯpatiẽs. et valde ſuꝑ eã dolẽs ſedere
eã iuxta me feci. ſimul ⁊ glãdes illi ad man
ducandũ ꝓbui. Nõ eñi inſidias dyaboli in
gignereť. Et cū hoc feciſſet ſecurꝰ aīmo et
mēte quieta ꝑmanſit. Hoc eniȝ bono viro
maximū ſtudiū erat vt cor eius nullis ter/
renis negocijs vincereť. ⁊ idcirco ſup ter/
ram nihil aliud poſſidebat excepto vno ſa/
go vnaq̄ȝ nihilominꝰ tunica cilicina q̄ vte
batur. Catinū quoq̄ȝ ꝑmodicū in quo ede
re ſeu bibere ſolitꝰ erat habebat. necnon et
vnū pſiaciū in quo cubitare conſueuerat.
Cum his aūt om̄ibꝫ humilitatē ſupra mo
dum. ⁊ caritatē ad oēs equalr̄ poſſidebat.
nec p̄ponebat in honore locupletē pauperi
nec principē ſubiecto. vel nobileȝ ignobili
p̄ferebat. ſed om̄es ſimilr̄ diligens hono/
rabat ſine cuiuſq̄ȝ acceptōne ꝑſone. nec ali
qn̄ quenq̄ȝ ꝓcaciter icrepabat. ſed erat ſer
mo eius caritatis ſuauitate ꝯditus. Quis
audiens eiꝰ eloquiū ſatiari potuit aliqn̄ de
his que aliqn̄ ex ſermonis eius dulcedīe
ꝓferebanť. vel quis vultū illius ſanctitatꝫ
imaginē p̄ferentē reſpiciēs. non magis vi
dendi eū ſepius deſideriuȝ ſumpſit. In oī
tp̄e abſtinētie ſue regulā quā ſemel arripu
it nō mutauit. Quinquaginta annos inſti
tutū ꝓpriū om̄i alacritate ꝯpleuit. ⁊ ob ni/
miū amorē ac deſideriū qđ habebat in xp̄o
oē euuȝ tp̄e illius quaſi dies pauciſſimos

reputabat. ⁊ totus rigor acerrimus cõuer/
ſatõnis ei⁹ apud eum ꝑ nihilo videbaᷓ.
¶ Erat aũt haud ꝓcul ab vrbe illa vi
cus quodãmõ ſpacioſus ac magn⁹. in quo
vniuerſi ꝑiter a minimo eoꝝ vſqꝫ ad maxim
pagani crudeliſſimi exiſtebãt. quos ab ido
lorum cultu nullus oĩno valebat auertere.
Nonnulli quidẽ pbr̃i ⁊ dyaconi in hocipꝫ
illic ordinati atqꝫ directi ab ep̃o. ſine vllo
ſalutis eoꝝ fructu recedebãt nequaqꝫ affli
ctionis ferẽtes laborẽ. qꝛ non ſolũ ſuaderi
⁊ ad ꝯſenſuꝫ anim⁹ eoꝝ ferox non poterat
flecti. verũetiã ꝑſecutões in eos qui mone
bant ac ſeditões vehemẽtiſſimas ꝯcitabãt
Sed turba nihilomin⁹ monachoꝝ ſemel
atqꝫ iteꝝ adire nitẽtes nihil penitus ꝓ cõ/
uerſione eoꝝ agere potuerũt. Porro vna
die reſidẽs cuꝫ clericis ſuis ep̃s. beatiſſimi
huius viri habuit mentõnem. dixitqꝫ ad
eoſ. Ego talẽ viꝝ tꝑib⁹ meis videre nõ po
tui. ita in om̃i ope bonitatꝫ ꝑfectũ. ⁊ ſic cũ/
ctis virtutib⁹ adornatũ in quib⁹ elegit de⁹
habitare vt habeᷓ nũc ſanctiſſim⁹ abrahã.
Rñdẽtes aũt clerici veꝝ euꝫ affirmabant.
Et ep̃s. Uolo inquit eum in vico illo gẽti/
lium ordinare. põt em̃ eos patiẽtia ſua ac
nimia caritate ad deũ ꝯuertere. Et conſur
gens ꝓtinuſ ad cellulã ſancti viri cũ ſanctꝫ
ꝓficiſciᷓ clericis. Cumqꝫ ſalutaſſet eum ſta
timqꝫ de gẽtilib⁹ vici illius inſinuat. vt ad
eos ob ſalutẽ eoꝝ ꝑgeret rogat. Qui cum
audiſſet triſtis vehementer effect⁹ eſt. ⁊ ait
ad ep̃ꝫ. Queſo inquit pater ſc̃iſſime. ꝑmit
te mihi vt meas iniquitates defleam. neqꝫ
hmõi negociũ infirmo ⁊ exiguo exiſtẽti in
iungas. Ad quẽ rurſus ep̃s dicit. Per dei
grãm inquit potẽs es. ne velis ergo in hac
bona obediẽtia fieri cũctabũd⁹. Cui vir bea
tus iteꝝ rñdens dixit. Obſecro ſc̃itatẽ tu/
am vt me mala mea plangere ꝑmittas. Et
ait ad eum ep̃s. Ecce totũ mũdũ ⁊ que ĩ eo
ſunt reliquiſti. ⁊ vitã crucifixã amplexatuſ
es. attñ cum hec vniuerſa ꝯpleueris agno/
ſce te obediãꝫ que cũctis virtutib⁹ eminet
nõ habere. Hec ille cuꝫ audiſſet cepit flere
amare dicẽs ad eũ. Quid ſum ego. canis
mortuus: ⁊ que eſt vita mea. qm̃ talia de
me o ſc̃tiſſime pater iudicaſti Cui ait ep̃ſ

Ecce hic reſidẽs tuã ſolũmõ ſalutẽ acquirꝫ
ibi aũt plurimi ꝑ te diũa gratia oꝑante ſal
uandi ſunt quoſcũqꝫ ad dñm deum ꝯuertꝫ
Cõſidera itaqꝫ vñ ampliorẽ mercedẽ heaſ
vtꝝ teipm̃ ſaluaueris ſolũ. aut ſi plurimoſ
tecũ ad ſalutẽ adduxeris. Tunc beatus vir
dei flens ait. Fiat volũtas dñi. verũtamen
ꝓpter obediẽtiã quocũqꝫ iuſſeris ꝑgam
Educẽs ergo eũ de cellula in ciuitatẽ ilico
introduxit. ibiqꝫ ꝑ impoſitõem manus p̃ſ/
biter ordinat⁹ eſt. ⁊ ſtatim ad vicũ pagano
rum ſine mora dirigiᷓ. Quo dum ſanctus
Abraã ꝑgeret. p̃cabaᷓ dñꝫ dicenſ. Clemẽ/
tiſſime ac benigniſſime deus reſpice ĩfirmi/
tatem meã. grãmqꝫ tuã celeſtẽ ad meũ pre
ſidiũ dirige. vt glorificeᷓ nomẽ ſanctũ tuũ
Perueniẽs aũt ad vicũ. videnſqꝫ eos inſa
nia ydolatrie eẽ detẽtos. ex imo pectore in
gemiſcẽs grauiter fleuit. et eleuãs oculos
ſuos ad celũ dixit. Tu ſolus qui ſine pecca
to es deus ne deſpicias oꝑa manuũ tuarũ
feſtinãterqꝫ direxit nunciũ in ciuitatẽ ad
amicũ illũ cariſſimũ ſibi vt pecuniã ex reli/
quijs patrimonij ſui deferret. Quam cum
accepiſſꝫ intra paucos dies ꝯſtruxit eccleſi
am. Et velut ſponſam optimã multo eam
mirificoqꝫ decorauit ornatu. Attñ dũ edi
ficareᷓ. quotidie homo dei ꝑ media ſimu/
lacra gẽtiliũ trãſiẽs. nihil penitus loqueba
tur niſi ĩ corde ſuo orabat ſolũmõ. gemituſ
qꝫ cum fletu mittebat ad dñm. Poſtqꝫ ve
ro eccl̃iam ꝯſummatã quaſi munus quod/
dam cũ lacrimis obtulit deo. ibi genib⁹ po
ſitis. has p̃ces ſuppliciter in ſua orõe pro/
fudit. Tu inquiẽs om̃ipotens deus qui to
tũ mõm erroris deꝑſſum caligine ad cogni
tõnẽ luis tui ꝑ tuaꝫ ꝑñtiã deduxiſti. hunc
quoqꝫ ꝑplm̃ tuũ diſꝑſum ꝯgrega in ſinuꝫ
eccl̃ie tue ⁊ illumina oculos mentis eorum
vt reſpuẽtes ſimulacroꝝ culturã te ſolum
amatorẽ hoĩm ac benignũ deũ cognoſcãt.
Cũqꝫ hãc orõnẽ finiſſet. ꝯtinuo egreſſus
ab eccl̃ia ꝑrexit ad tẽplũ gentiliũ. araſqꝫ eo
rum: ⁊ ſimulacra manib⁹ ſuis euertit atqꝫ
deſtruxit. Quod factũ cum cerneret turba
gẽtilium quaſi agreſtes fere inſiliunt. eũqꝫ
laceratũ multis verberib⁹ fugauerũt. Ipſe
aũt clam nocte in eccl̃ia reſidẽs. plagarum

ſuaꝝ maculas nõ curabat. ſed tãtummodo
cum fletibꝫ ac gemitibꝫ vt ſalui fierẽt dñm
precabat̃. Facto aũt mane aduenientes pa
gani inueniũt hoĩem dĩ orantẽ. ⁊ nimio ſtu
pore ꝑculſi quaſi enei remãſerũt. Unde et
ad ecclíam quotidie veniebãt cernẽtes orna
tum ecclie vt ſe delectarẽt. Cepit itaqꝫ qua
dam die vir ſanctus abraã deꝑcari eos vt
agnoſcerẽt deum. Illi vero ſeuiores effe/
cti fuſtibꝫ eum quaſi lapidẽ quẽdã atqꝫ ex/
animẽ ceciderũt. ⁊ deinde pedibꝫ eius fu/
ne ligatis extra vicũ traxerũt. lapidibꝫ ob/
ruẽtes mortuũqꝫ eum arbitrantes ſemine
cem reliquerũt. Media aũt nocte in ſemet
ipm̃ reuerſus cepit flere vehemẽtiſſime ac
dicere. vt quid dñe deſpexiſti humilitatẽ
meam. ⁊ deſpexiſti dñe opa manuũ tuarũ.
Et nũc dñe reſpice ſeruũ tuũ ⁊ exaudi deꝑ
cationẽ meã. ⁊ corrobora me. ⁊ abſolue ſer/
uos tuos a vinculis dyaboli. ⁊ ꝓſta eis vt
cognoſcãt qm̃ tu es ſolus: ⁊ ꝑter te nõ ẽ ali
us deus. Deĩn ꝯſurgens ab orõe intrauit
in vicũ. ingreſſuſqꝫ ecclíam dño pſalmos
canebat. Rurſus aũt facto diluculo eũ/
tes viderũt eum. ⁊ ſtupefacti atqꝫ in inſa/
niam verſi nulla habentes viſcera miſcðie
acerrimis illũ tormẽtis crudeliterqꝫ ꝯficiũt.
⁊ ſolito funibꝫ alligatũ extra vicũ traxerũt.
Hec aũt cum ꝑ trienniũ pateret̃ quaſi ve/
rus adamas tolerabiliter perdurabat. nec
tot tãtiſqꝫ inſectationũ tribulatõibꝫ ceſſit.
ſed cum cederet̃. cum traheret̃. cũ ꝑſecuti
ones pateret̃. cum lapidaret̃. cum fame et
ſiti laboraret in oĩbꝫ his que ei acciderãt
nunqꝫ ad iracundiã ꝓuocatus. nunqꝫ ad
indignatõem ꝯmotus eſt. nunqꝫ puſillani
mitate fractus. nunqꝫ tedio fatigatus eſt
ſed cũ aſꝑa oĩa pateret̃: magis ac magis
amor eius in eos ⁊ caritas augebat̃. modo
admonebat. modo blãdiebat̃. modo blãdi
mentis ſuauiſſimi eloquij liniebat. ſeniores
veluti prẽs rogabat. iuuenes vt frẽs. ado/
leſcẽtes vt filios. cum econtrario ab eis ſub
ſannaret̃ irrideret̃ atqꝫ obprobria pateret̃
Quadã igit̃ die habitatores vici il
lius ꝯgregati. nimioqꝫ ſtupore mirãtes ac
ꝑterriti adinuicẽ colloquẽtes. cernitis in/
quiũt tam magnã patiẽtiã viri ⁊ ineffabi/
lem circa nos caritatẽ. qũo in tantis tribu
latõibꝫ quas ei intulimus nequaqꝫ ex hoc
loco diſceſſerit neqꝫ alicui noſtꝝ malũ ver/
bum locutus ſit. ſed cum gaudio magno ſu
ſtinuerit vniuerſa. Uñ niſi eſſet vt aſſerit
deus viuus quẽ ꝑdicat: ⁊ regnũ ⁊ ꝑadiſus
vltio quoqꝫ maloꝝ. non hanc tribulatõem
pateret̃ inaniter. Illud etiã ꝯſiderandum
quomõ deos noſtros cũ eſſet ſolus euertit
⁊ in nullo eum ledere valuerũt. Uere ſer/
uus dei eſt homo hic. ⁊ cũcta vera ſunt que
de eo fama diſpſit. Uenite itaqꝫ credamus
in deũ quem ꝑdicat. Et hec inter ſe colloqn
tes. pariter oĩes in ecclíam pergũt claman
tes atqꝫ dicẽtes. Gloria deo celeſti qui mi
ſit famulũ ſuum vt nos ab errore ſaluaret
Tũc beatus homo dei hec vidẽs leticia in/
genti repletus eſt ⁊ facies eius qſi ros ma
tutinus mutata eſt. apienſqꝫ os ſuũ ait ad
eos. Prẽs mei fratres ac filij venite demꝰ
gloriã deo qui illumĩare dignatus eſt ocu/
los mẽtis veſtre vt eũ poſſitis agnoſcere. et
ꝑcipite ſignaculũ vite vt purificemĩ ab im
mundicia ydoloꝝ. ⁊ credite ex toto corde et
aĩmo ꝙ vnus ſit deꝰ celi ⁊ terre ⁊ oĩum q̃
in eis ſunt. ſine initõ. inenarrabilis ⁊ incõ/
prehenſibilis. dator lumĩs. ⁊ amator hoĩm
terribilis ac ſuauis. ⁊ in filium eius vnige
nitũ qui eſt ſapiẽtia eius. ⁊ in ſpũm ſanctũ
qui viuificat oĩa: vt celeſtes ex terrenis
effecti vitã celeſtẽ poſſitis adipiſci. Rñdẽ
tes aũt vniuerſi. dixerũt. Ita pẽ ita dux vi
te noſtre. queadmodũ denũcias nob̃ et do
ces ita credimus ⁊ faciemus. Et cõfeſtim
ſanctꝰ abrahã aſſumẽs ſacꝝ baptiſma bap
tiſauit eos in nomĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſan
cti. a mĩmo vſqꝫ ad maximũ. Erãt autem
oĩes vſqꝫ ad mille animas. Deinde ꝑ ſin
gulos dies dĩnas ſcripturas eis legebat.
docebat eos de regno dei. de paradiſi deli/
cijs. de gehenne ſupplicijs. de iuſticia. de fi/
de ⁊ caritate. Illi vero ſicut bona terra ꝑci
pit ſemẽ bonum ⁊ affert fructũ. aliud cẽte/
ſimum. aliud. lx. aliud. xxx. ita verba eius li
bentiſſime audiẽtes atqꝫ in timore dñi ꝓfi/
ciẽtes fructus largiſſimos afferebãt. In cõ
ſpectu aũt eoꝝ quaſi angelus dei videbat̃.
⁊ quaſi quedam edificij ligatura. Sic enĩ

caritas illoꝝ erat circa ipm per doctrinam
ſmonis dulciſſimi vt hoc de eo merito cre
deretur videre. Completo igiť ãno poſt
q̄ crediderūt. vir beatus Abrahã nõ ceſſa
bat diebꝫ ac noctibꝫ verbum eis dñi predi
care. At vbi eoꝝ ſtudiū circa deuz fidemq̄
firmiſſimã vidit. ⁊ q̄ erga euz nimia eẽnt
caritate ꝯnexi. ⁊ honorẽ ſibi maximū exhi
berent. verẽs ne obtentu eoꝝ abſtinẽtie ſue
regulã deſtruere cogereť. ꝯſurgens in me
dio noctis hanc oratõem fudiſſe fertur ad
dñm. Tu ſolus ſine peccato deus qui cum
ſis ſanctus requieſcis in ſanctis. qui ſolus
amator es hominū ac miſericors dñs. q̄ mẽ
tes occultate huius multitudis illumina/
ſti. qui eos ab aduerſarij vinculis abſolui/
ſti. ⁊ tue cognitõnis eis ſciẽtiam tribuiſti.
queſo dñe vt vſq3 in finẽ regere eos ⁊ con
ſeruare digneris. et auxilium tuum gregi
huic optimo quem poſſidere voluiſti perpe
tuum copioſumq̄ clemẽter impartias. ⁊ q̄
ſi muro validiſſimo eos gratia bonitatis
tue circūdes. ⁊ cor eorum ſemp illumines
vt ea que ſunt tibi placita perficiẽtes. eter
nam vitam percipe mereãtur. mihi quoq̄
infirmiſſimo adminiculū tribuas. neq̄ re
putes in peccatū q̄ ab eis feſtino diſcede/
re. Tu eñ noſti vniuerſorum cognitor q̄
te ſolum deſidero. ⁊ te michi dñm eſſe cog/
ſco. Cõſummataq̄ oratõne diſcedẽs: ter/
cio cõſignauit vicuz chriſti ſignaculo. abijt
q̄ latenter in alium locū. ⁊ quibꝫ potuit la
tebris occultauit Mane autez
ſolito more ad eccĩam turbe conueniūt Cū
q̄ eum minime reperiſſent maximo ſtupo
re percuſſi ⁊ quaſi errãtes oues diuerſis lo
cis paſtorẽ ꝓprium perquirebãt. nomenq̄
vlulãtes cū lacrimis inclamabãt. Cum au
tem diutiſſime perquirẽdo eum īuenire nõ
poſſent. nimio merore deiecti confeſtim qđ
eis acciderat pergẽtes epõ nunciauerunt.
Qui cū hoc agnouiſſet ipſe quoq̄ admodū
triſtis effectus. ſtatimq̄ plurimos ad ꝗ̄qui
rendū dei homiem deſtinauit. maxime ob
cõſolatõnem gregis eius eo q̄ cerneret e⁹
os flebiliter cõtriſtari. Cunq̄ ab omnibus
tanq̄ lapis ꝓcioſiſſimus quereret et pror
ſus inueniri non poſſet. habito cõſilio cuz

clericis ſuis: epĩs memoratū vicū ingredi/
tur. cepitq̄ ad eos ꝯſolatorium ꝓferre ſer
monem. ⁊ dolorem maximū quẽ de diſceſ/
ſu homĩs dei conceperãt blanda predicatio
ne leuire. Cernẽs autem in fide xp̄i eos fir
miſſimos. elegit ex eis viros ꝓbabiles. q̄s
pbr̄os ac dyaconos lectoreſq̄ conſtituit.

Audiẽs vero hoc ſanctiſſimus Abrahã
vehemẽter gauiſus eſt. ⁊ glorificans deum
dixit. Quid retribuã tibi dñe deus meus.
benigniſſime pater atq̄ amator hoĩm ſua/
uiſſime. Fecit igiť alteram intrinſec⁹ cellu/
lam. ⁊ ſemetipm magna cū leticia conclu/
ſit. O miraculū cariſſimi laudibꝫ plenuz ⁊
gloria ſempiterna. In tãtis nanq̄ afflictõi
bus quas in ſepedicto vico perpeſſus ẽ. nū
q̄ abſtinẽtie ſue regulã fregit. neq3 in dex/
teram vel ſiniſtrã ab ea diuertit. Gloria et
magnificẽtia deo. qui ei talem tolerantiaz
tribuit que ⁊ alios poſſit ꝯuertere. ⁊ ſui ꝓ/
poſiti grãm cuſtodire Cernẽs aūt dya/
bolus bonoꝝ hominū emulus q̄ tantas in
eum tribulatõnū moleſtias excitãs. nõ in
inſidias dei hominẽ trahere. nõ in aliquo
mẽtem viri dei valuiſſet a dño ſeparare. ⁊
qđ magis eſt ſicut aurū in fornace ꝓfluris
fulgẽtior redderet atq̄ in maiorẽ patiẽti/
am ⁊ alacritatẽ caritatis ꝓficeret. vehemẽ/
ter irritatus ⁊ acriter efferatus aduerſus
eū cū magna fantaſia aduenit. vt ſaltem ſic
ei pauorem incutiẽs decipe eū poſſet ac fal
lere. Igitur cum ſtaret in medio noctis ac
pſalleret. repente lux copioſa veluti ſolis in
cella eius refulſit. ⁊ vox quaſi cuiuſdã mul
titudinis audita eſt dicẽs. Beat⁹ es abra
ham. vere beatus es ⁊ fidelis. nulluſq̄ ſic
tu in omi ꝯuerſatõne inuẽtus eſt qui omẽs
volũtates meas expleſti. Protinus autez
vir ſanctus dolū maligni cognoſcẽs exal/
tauit vocẽ ſuam: ac dixit. Obſcuritas tua
tecū ſit in ꝑditõem. o plene dolo atq3 falla
cia. ego eñ homo peccator ſum habens ta/
mẽ ſpei ꝓſidia. ꝑ grãm dei in nullo tuas in/
ſidias ꝑtimeſcã. Neq3 eñ plurime fanta/
ſie pauorẽ michi incutiūt. Nomẽ ſiquidez
dñi mei ⁊ ſaluatoris ihesu xp̄i quem dilexi
⁊ diligo: mihi validiſſimus murus eſt. in
quo te increpo immunde canis ac tetre et

miſerãde.Et dicẽte eo hec. cõfeſtim vt fu-
mus ab oculis eius euanuit Sanctus aũt
dei famulus cum multa alacritate trãquil-
loq̃ aĩmo bñdicebat dñm ¶ Rurſus ve-
ro poſt dies orante eo noctu tenens ſecurĩ
dyabolus.cellulã eius conabatur euertere
Et cum iã putaret ꝑforaſſe eam.voce ma-
gna clamauit ⁊ dixit.Feſtinate amici mei
feſtinate celeriter.atq̃ introeũtes viam ar
ripite.Aut autẽ ↄtra eum beatus abraham
om̃es gentes circũdederũt me:⁊ in nomi
ne domi vindicabor in eis . At ille ꝓtinꝰ
cum hãc vocem audiſſet euanuit.cella autẽ
beati viri integra atq̃ illeſa ꝑmãſit. ¶ Itẽ
poſt paucos dies cũ media nocte pſalleret
mattulã eius ſuꝑ quam ↄſiſtebat cepit ve-
hemens flãma ↄburere.Tunc ille intrepi
dus ignẽ ↄculcans dicebat.Suꝑ aſpidẽ
⁊ regulũ ambulabo.leonẽ ⁊ draconẽ cõcul
cabo.⁊ om̃em virtutẽ inimici in nomĩe dñi
mei ihesu xp̃i qui michi p̃bet auxilium:ſu-
perabo.Diffugiẽs itaq̃ ſathanaſ voce ma
gna ꝓclamabat.ego te inquiẽs mala morte
deuincam.inueniãq̃ artes quibꝰ te ↄteraȝ
qui me nũc quaſi ↄtemptibilem reputas
¶ Quadam die igitur cibum eo ſumente
trãſfiguratus demon in habitu adoleſcen
tis cellulã eius ingredit᷑.⁊ appropinquãs
catinũ eius nitebatur euertere. Uir auteȝ
dei manu illud retinẽs:manducabat intre
pidus. Tunc exiliens dyabolus aliam fan
taſiam repente ↄfingit.⁊ ecce quaſi cande-
labrum ſtatuẽs ante eum ⁊ lucernã deſuꝑ
ardẽtem.ore polluto ac fetido pſalmos cã
tabat.voce magna beati inquiẽs in via im-
maculati qui ambulãt in lege domini. Cũ
q̃ ex eodem pſalmo verba plurima ceciniſ
ſet.nullũ ei ſermonẽ ſanctus ille reſpondit
donec cibũ ſolitũ percepiſſet. ¶ Poſtq̃ ve
ro de menſa ſurrexit. cũ om̃i cõſtantia ait
ad eum.Canis immũde ⁊ miſerãde atq̃ in
firmiſſime ⁊ mẽdaciſſime.ſi noſti ꝙ beati
ſunt cur eis moleſtus es . Nam beati ſunt
reuera om̃es qui ex toto corde diligunt de
um.Reſpondẽs autẽ dyabolus ait Idcir
co illis infeſtus ſum vt ab om̃i oꝑe bono p̃
pediti meis facinoribꝰ ſociẽtur.Cui vir be
atus ita reſpondit.Non tibi bene ſit male-
dicte vt quẽpiam timẽtium deũ ſuꝑare vel
impedire p̃ualeas niſi forte eos qui tibi ſi
miles exiſtẽtes a deo ꝓpria volũtate diſce
dunt.Illos vincis ac fallis quoniã deꝰ ñ
eſt in eis.Ab his autẽ qui diligũt deuȝ tã-
q̃ fumus a vento ita facile euaneſcis ac de
ficis.Una ſiquidẽ eoꝝ oratõ ſic te ꝑſequit᷑
ac deturbat queãdmodũ puluis a vẽto in-
ſectatus diſꝑgitur.Uiuit aũt deus meuſ
qui eſt benedictus in ſecula cui eſt glã mea
quia nõ te ꝑtimeſcam etiã ſi om̃i tẽpore ibi
cõſtiteris.Sic autẽ ꝓ nihilo te ſpernã ve-
luti ſi vnus catulus ↄtritus ab aliquo con
temnatur.hec eo dicẽte ↄfeſtim ille vt ſole
bat euanuit. ¶ Rurſus poſt dies quinq̃
cum pſalmodiã ſuã noctiſ tẽpore ↄſummaſ
ſet.aliud fantaſie argumẽtum ab inimico
confingitur. Ecce em̃ quaſi turba plurima
cernit᷑ aduenisse.⁊ veluti trahentes inuicẽ
cum clamoribꝰ ſe mutuo cohortãtur vt ho
mo dei in foueam ꝓijceret᷑.Quos circum
ſpiciens vir beatus.circũdederũt me inq̃t
ſicut apes.⁊ exarſerunt ſicut ignis in ſpiniſ
⁊ in nomĩe dñi vindicabor in eis.Tunc ſa
thanas exclamãs ait.Heu heu me quid ti
bi decetero faciã neſcio.Ecce em̃ me in oĩ-
bus victũ ac ſuperatũ ĩtelligo. ⁊ vniuerſas
vires meas eſſe deſpectas ⁊ me vndiq̃ cõ
culcatũ.Uerũtamẽ nec ſiquidẽ a te aliq̃ñ
diſcedam donec ſuꝑans humileȝ michiq̃
ſubiectũ faciã.Uir autẽ dei ait ad eũ.Ana
thema tibi ⁊ om̃i ꝟtuti tue polluttiſſime de
mon.gloria aũt ⁊ honor dño ſoli ſancto ac
ſapienti deo qui nobis dilectoribꝰ ſuis te
tradidit ↄculcandũ.⁊ idcirco verſutias tu
as ſubſannamus atq̃ cõtẽnimus. Agno-
ſce itaq̃ infirmiſſime atq̃ infeliciſſime.qr
nos neqȝ te neqȝ tuas ꝑtimeſcimus fanta
ſias. R ¶ Per multũ aũt tp̃s diuerſis
argumẽtis ac machinis cõtra virũ fortiſſi
mũ dimicãs nõ quiuit cogitatõibꝰ eiꝰ ſo
lidiſſimis ſaltẽ pauorẽ certaminis incutere.
cui magiſ ꝑliãdo alacritatẽ:caritatẽ in deũ
maximã ſuſtẽtabat.Diligẽs nanqȝ deum
ex toto aĩmo ⁊ ↄuerſatõem ſuã ſcḋm volũta-
tem eius inſtituẽs.affluẽter grãm diuinã ꝓ
meruit.⁊ ꝓpterea nõ valebat dyabolus le
dere eũ. Perſeuerãter nanqȝ pulſauerat

vt ei theſauri diuine gratie panderent᷑. Cum
qꝫ patefactus fuiſſet ingreſſus. tres ſibi in
de ꝑcioſiſſimos lapides ſumpſit. fidẽ. ſpeꝫ
⁊ caritatem. quibꝫ in eo ꝑfecte ac firmiter
virtutes relique ornaban᷑. Ferens itaq̃ ꝓ
cioſiſſimã coronã bonis opibꝫ. regi regum
dño a quo munuſ accepat offerebat. Quiſ
enĩ ſic ex toto corde deũ et ꝓximũ tanq̃ ſe-
ipm̃ dilerit. Aut quis ita laborãtibꝫ cõpa-
tiebat᷑ ⁊ miſericors exiſtebat. Quẽ aliquã
do monachũ audiẽs bene ↄuerſari non pro
eo deꝓcatus eſt dñm. vt liber ab oĩbꝫ dia
boli laqueis ſeruaret᷑. ⁊ curſum vite ſue in-
culpabiliter ↄſummaret. Aut quẽ peccato
rem vel impiũ audiẽs ꝓ eo vt ſaluaret᷑ cũ
lacrimis diebꝫ ac noctibꝫ dñm non poſtu-
labatur. Labia ſua nõ ſoluebat facile in ri-
ſum. corpuſculum eius aut facies vel etiaꝫ
pedes a die conuerſionis ſue nunq̃ diluti
ſunt. Sic nanqꝫ ſe exhibebat tanq̃ quo
tidie moriturũ. O vere fratres glorioſum
miraculum. In tãta abſtinẽtia iugibuſq̃
vigilijs fletibꝫ mixtis. cãmenijs quoqꝫ et
contritõne corpis nunq̃ animo laſſatuſ eſt
nunq̃ infirmatus ſegnicia obtorpuit. nun
q̃ tedio fatigatus eſt. ſed veluti eſuriens q̃ſ
q̃ aut ſitiẽs. ſic ille auiditate quadaꝫ ſuſti
nens oĩa nunq̃ ſui ꝓpoſiti potuit dulce-
dine ſatiari. Erat aſpectus eius quaſi flos
quidam immarceſſibilis. atqꝫ in facie eiuſ
puritas aĩmi noſcebat᷑. vtpote qui diuina
gratia in oĩbus frueret᷑ ⁊ iocũditate ſpi-
ritalis leticie regebat᷑. In hora nanqꝫ dor-
mitõnis ſue ita ſplendidiſſimus vultu ap-
parebat. quaſi qui nequaq̃ vite ſue tẽpus
in abſtinẽtia peregiſſet. Sed ⁊ aliud in eo
ꝑ diſpenſatõem miraculum geſtum eſt. In
oĩbꝫ ſiquidem quinquaginta annis ab-
ſtinentie ſue veſtem cilicinam qua indutuſ
fuerat nõ mutauit L Volo autem
dilectiſſimi vnanimitatẽ veſtram etiã aliõ
negocium quod in ſenectute ſua vir beatuſ
geſſit inſtruere. Eſt enim ſapientibꝫ ac ſpi-
ritalibꝫ plenuꝫ edificatõniſ. necnon humi
litatis atqꝫ compũctõnis exempluꝫ. Res
vero geſta huiuſcemodi eſt. Habuit vir be
atus Abrahã carnis ꝓpinquitate germa-
num. quo defuncto vnica filia eius annoꝝ

ſeptem relinquit᷑. Quam cũ parẽtibus or-
batam noti amiciq̃ patris eius vidiſſent
auunculo eius ſine mora ꝓducunt. Cumqꝫ
eam ſenior cerneret. in cella ſua exteriori iu
bet includi. Erat autẽ in medio vtriuſq̃ cel
lule feneſtra ꝑmodica. per quaꝫ docebat eã
pſalterium aliaſqꝫ ſcripturas. ⁊ cum eo in
laudibꝫ dñi vigilabat. ⁊ pſalmos nichilo
minꝰ ↄcinebat. in oĩ atꝫ abſtinẽtia emulari
ſuũ auũculum nitebatur. Alacriter quoqꝫ
in arepto inſtituto ꝓficiẽs. vniuerſas virtu-
tes animi feſtinabat implere. Vir nanqꝫ
ſanctiſſimus inceſſanter ꝓ ea cuꝫ lacrimis
dominũ deprecabat᷑: ne mẽs eius cura ter-
renorum actuũ implicaretur. eo ꝙ eiuſ pa
ter moriens infinitas ei pecunias reliquiſ-
ſet. quas confeſtim famulus xp̃i diſtribui
iuſſit egenis atqꝫ orphanis. Hec quoq̃ a-
uunculum ſuũ precabat᷑ quotidie vt pro ſe
dominũ oraret quatenus a cogitatiõibꝫ peſ
ſimis ⁊ diuerſoꝝ laqueoꝝ diaboli eriperet᷑
inſidijs. Conſtãter igitur inſtituti ſui regu-
lam obtinebat. Exultabat aũt auunculus
eius ꝙ ſic eam ꝓmptam ſine vlla heſitatõ
ne in cũctis virtutibꝫ cerneret ꝓmoueri. ĩ
lacrimis ſcilicet. in humilitate atqꝫ mode-
ſtia. in quiete ⁊ quod his ſublimiꝰ eſt. erga
deum eximia caritate. Viginti ſiquidẽ an
nis cum eo in abſtinẽtia degenſ velut agna
pudiciſſima atqꝫ incõtaminata colũba cõ-
uixit. Quo tempe annoꝝ expleto ſeuiebat
aduerſus eam diaboluſ. ⁊ inſidias ſolitas ꝓ
tendebat. quomodo eam poſſet ſuis caſibꝫ
irretire. vt ſaltem ſic moleſtiã ſolicitudinẽ
qꝫ beato viro poſſet incutere. ⁊ quãtulũcũ-
qꝫ mentem ipſius a domĩo ſepare M
Erat itaqꝫ quidã ꝓfeſſione tãtummõ mo-
nachus qui ſub obtẽtu edificatõnis ad eũ
ſepius pergere ſimulabat. Sed et illã bea-
tam ꝑ feneſtram nihilominus ↄtemplan
do luxurie ſtimulis agitatus cũ ea colloqui
cupiebat. amor nãqꝫ libidiniſ cor eius qua
ſi ignis ſuccenderat. Inſidiabat᷑ itaqꝫ mul
to temporis ſpacio ita vt vnius anni circu
lus volueret᷑ donec cogitatõem eius verbo-
rum ſuorũ mollicie eneruaret. Deniqꝫ ape
riens celle ſue feneſtram egreditur ad euꝫ
qui eam ꝑtinus ſcelere iniquitatis atqꝫ li-

bidinis ꝯtaminauit ac ꝑdidit. Poſtqꝫ ve
ro tanti peccati facinus perpetrauit. expa/
uit coꝛ eius. ꝯſcidenſqꝫ eiꝰ ciliciū quo erat
induta. faciem ſuā manibꝫ verberabat. cu/
piens nimio meroꝛe ſe moꝛti tradere. atqꝫ
anxietatis oppreſſa pondere. dum delibera
tionis poꝛtum cerneret. in diuerſis cogita
tionum eſtibꝫ fluctuabat. plāgebatqꝫ ſe ñ
eſſe quod fuerat. ⁊ cū eiulatu ſepius pꝛofe/
tens ego inquit iam me ex hoc moꝛtuā ſen
tio. ꝑdidi dies meos in laboꝛe abſtinentie
mee. Oꝛationū lacrime vigiliarūqꝫ opera
ad nihilū ſunt deducta. deū meū exacerba
ui. meipſam interemi. Heu me miſerā om
ni lacrimaꝝ fonte plangēdā. Sāctū auun
culum meū amariſſimo meroꝛe depſſi. ob/
pꝛobꝛium aīme mee opuit me. illuſio dya/
boli facta ſum. Quid mihi infelici iā vltra
viuere. Heu me quid egi. heu me quid fa/
ctuꝫ eſt mihi. heu me quid mali ꝑpeſſa ſuꝫ
heu me vñ ⁊ qualr̄ coꝛrui. Quō obſcurata
eſt mēs mea. Nō intellexi quō lapſa ſum.
nō cognoui quō ꝯtaminata ſum. neſcio q̄/
mō coꝛ meū nubes tenebꝛoſa ꝯtexit. Quō
potui ignoꝛare quid gererē. Ubi abſcōdar
vel quo ꝑgam. aut in quā foueā memetip/
ſam ꝓcipitem. Ubi eſt magiſteriū ſanctiſſi
mi auūculi mei. vbi monita college eiuſ ef
frem. qui me docebāt in mea virgītate gra
tulātes: vt impollutā aīam immoꝛtali ſpō/
ſo ſeruarē. Sponſus enī tuus dicebāt ſan
ctus ⁊ zelans eſt. Heu me quid agā. nō au/
deo iā celū aſpicere: cū apud deū ⁊ homineſ
me moꝛtuā eſſe cognoſcā. Jam enī ad fe/
neſtrā illā appꝛopinquare ñ audebo. Quō
ego peccatrix ⁊ plena immūdicie ſoꝛdibus
turſum cū ſancto auūculo meo loqui temp
tabo. Nō ⁊ ſi auſa fuero nōne ignis ex fene
ſtra exiliet qui me poſſit exurere Moꝛtu
am itaqꝫ ſe lōgo vlulatu ꝓteſtāſ: nec vltra
ſibi ſpem ſalutis eſſe relictā. deſꝑatōis im/
merſa caligine ꝓtinus ꝑrexit in aliā ciuita/
tem. atqꝫ in ſtabulo ſe quodā mutato pꝛiſti
no habitu collocauit. Uerꝫ cum hec ruīa ꝓ
ſate femīe cōtigiſſet. hmōi viſio beato viro
oſtendit̄ ꝑ ſopoꝛem. Uidit nāqꝫ draconeꝫ
terribilē atqꝫ immanē: aſpectuqꝫ ipō feti/
diſſimum. ⁊ in foꝛtitudine ſibilātem quaſi

exeūtem de quodā loco. ⁊ vſqꝫ ad cellulaꝫ
ſuam veniētē ⁊ repiſſe ibi columbam atqꝫ
glutiſſe eā. ⁊ rurſus in ſuā foueaꝫ remeaſſe
Expꝑgefactus aūt ꝯtriſtatuſqꝫ vehementer
fleuit amare: exiſtimās ſathane ꝑſecutōnē
aduerſus dei ecclīam ꝯcitari. ⁊ pleroſqꝫ a fi
de veritatis auerti. vel ne ſciſma aliquod ī
ſancta eccīa gigneret̄. Pꝛouolutus itaqꝫ
genibꝫ ꝓcatus eſt dñm dicēs. Tu qui es
ꝓſcius vniuerſoꝝ deus. amatoꝛ hoīum: tu
noſti quid ſibi velit hec viſio. Rurſuꝫ poſt
hec duos dies vidit eundē draconeꝫ ſimili
modo ad cellulā ſuam veniſſe. ⁊ poſuiſſe ca/
put ſuū ſub pedibꝫ eius fuiſſeqꝫ diruptum
columbā quoqꝫ illā quā deuoꝛauerat viuā
in ventre eius reptam. ⁊ extēdiſſe manum
ſuā viuāqꝫ eam cepiſſe Expꝑgefactus autē
vocabat beatā illā ſemel atqꝫ iterꝫ putās eā
in cellula eſſe et dicebat. Cur te piguit filia
maria. ſic eteniꝫ fuit vocitata iā duobꝫ die
bus os tuū in dei laudibꝫ apire. Sed cuꝫ
rñſum ei nullū daret̄: ⁊ ꝙ eaꝫ ꝑ biduū pſal
lentem ſolito moꝛe nō audiret. animaduer
tit viſionē ſuam ad illā certiſſime ꝑtinere.
Tunc ingemuit ac fleuit amare. ⁊ ꝓfundēſ
lacrimas ait. Heu me qꝛ agnā meā lupus
crudeliſſimus rapuit. et filia mea captiua
effecta eſt. Exaltās quoqꝫ vocem ſuam cū
lacrimis dixit. Saluatoꝛ mūdi xp̄e ꝯuerte
ad me agnā meā Mariā. atqꝫ in ouile tuū
eam reſtitue. vt non ſenectꝰ mea cū mero/
re de hoc mūdo recedat. Ne deſpicias deꝓ
catione mēa dñe ſed mitte velociꝰ gratiaꝫ
tuā vt eiicias eā de oꝛe draconiſ incolumē
Itaqꝫ duo dies qui ei ꝑ viſioneꝫ reuelati
ſunt duoꝝ annoꝝ curricul' finiunt̄. quibus
lubꝛicā vitaꝫ neptis eius quaſi in vētre a/
trociſſimi dꝛaconis exegit. ſed ſcūs Abꝛa/
ham vir dei ꝑ omē tꝑs die noctuqꝫ nunq̄ꝫ
ꝓ ea dñm depꝓcādo aīm relaxauit. Pꝰ du/
os vero annos cum vbi eēt ⁊ queādmodū
ſe gereret ꝯperiſſet. rogabat quēdā ſibi no/
tiſſimum vt vſqꝫ ad eam pergeret ⁊ cūcta
cognoſceret diligēter. Pergens itaqꝫ ille
quem miſerat ⁊ oīa ſub veritate. ⁊ qꝛ ip/
ſam quoqꝫ vidiſſet renuncians: rogatus a
ſancto viro habitū ei detulit militarem. et
equum ꝓcul dubio ad ſedēdum. Oſtio ita

q̄ patefacto egredit̃. ſtatimq̄ hı̄tu milita/
ri induit̃. calamācũ. id eſt pilleũ quoq̄ lō/
gum capiti ſuo vt facies eius velaret̃ impo
ſuit. ſed ⁊ ſolidũ vnum ſecũ portās. aſcen/
denſq̄ equũ ꝯcitus ꝑperabat. Tanq̄ quiſ
piam patriā cuiuſlibet vel ciuitatē cupiens
explorare. habitũ loci illi⁹ ne facile agnoſca
tur aſſumit. ſic iſte beatus Abrahā inimici
habitu vt eũ in fugā verteret vtebatur
Venite igit̃ admiramini dilectiſſimi frēs
hunc ſcōm Abrahā. Primus itaq̄ Abra
ham egreſſus ad ꝑlium regū ꝑcutienſq̄
eos. loth nepotem ſuū reduxit. Hic vo ſe/
cūdus Abrahā ꝯtra dyabolū ꝓfectus eſt
ad bellū. vt eo deuicto neptē ſuā cū maiori
triūpho reuocaret Itaq̄ cū ꝑueniſſ ad lo
cum diuertit in ſtabulū. ac ſolicitis oculis
huc atq̄ illuc circūſpiciēs vt eam videret
ꝑquirebat. Deiñ cum multa hora ꝑteriſſet
⁊ vidēdi eam minime tribueret̃ occaſio. ſub/
ridens ait ad ſtabulariū. Amice audiui ꝙ
hēas puellā optimā. quā ſi iuberes libentiſ
ſime ꝑuiderē. Qui cū etatis eius intueret̃
caniciē ſenectute iā feſſam. ad opus luxu
rie deſꝑauit. deinde hoc ei rñſū dedit. Eſt
inquit vt tibi ꝯptū eſt etiā ſupra modum
ſpecioſa. Erat ſiquidē maria hec pene ſuꝑ
q̄ natura exigit forme pulchritudine de/
cora. Cunq̄ ſenior nomē eius requireret
mariā vocari ille rñdit. Nūc hilari vultu
queſo inquit vt mihi ꝑñtiam eius exhibe/
as vt poſſim cum ea hodie epulari. multū
nanq̄ ex auditu comperi laudari puellam
Que cum vocata adeſſet atq̄ in hı̄tu me/
retricium ſcūs eā auūculus eius ꝑuidiſſet.
pene totū corpus eius p̄ dolore ſolutum ē.
amaritudinēq̄ animi leto vultu celauit. ⁊
lacrimas erūpentes virili ſexu retinuit ne
forte ſi eum femina cognouiſſet fuge p̄ſidi/
um flagitaret ❧ Reſidētib⁹ itaq̄ eis at
q̄ bibentib⁹ cepit cū ea vir mirabilis lude
re. Que ꝯſurgens ꝯplexa ceruicē eius oſ/
culis demulcebat. Cūq̄ oſcularet̃ eū odo
rata eius corpuſculū ſuauiſſimo odore ab
ſtinētie fragrare ⁊ recordata eſt dierū qui/
bus cū ſumma abſtinentia vixerat. ⁊ q̄ſi q̄/
dam telo ꝑcuſſa vehemēter īgemuit: lacri
maſq̄ ꝓfudit. ⁊ tāq̄ vim cordis nō ſuffe/

rens in hec verba ꝓrupit. Ve ve michi mi
ſere ſoli. Nūc ſtabularius ſtupefactus ait.
Quid eſt dña maria ꝙ ſubito in tā grauiſ/
ſima ſuſpiria ꝓrupiſti. Hodie duob⁹ ānis
hic ꝑmanes. ⁊ nūq̄ ex te gemitus vel triſti
or ſermo auditus ē. nūc vero quid tibi cōti
gerit neſcio. Que rñdit ad eū Beata eēm
ſi añ trienniū fuiſſem defuncta. Ad hec bea
tus ſenior ne agnoſceret̃ veluti cū quadam
ſerenitate ait ad eā. Modo cū leticie nos
interſumus tu peccata tua ꝯmemorare ve/
niſti. O admirāda clemētie tue diſpenſatō
deus altiſſime. Putaſne puella nō dixit in
corde ſuo. Quō aſpectus viri hui⁹ auūcu/
li mei aſpectū ſimulat. Sed ſolus tu ama/
tor hoīm: a quo eſt oīns bona ſapīa ita di/
ſpenſaſti ne eum poſſet agnoſcere et fortaſſe
ꝯfuſione turbata effugeret. Hocañt nō ob
aliud eſt credēdum niſi q̄ lacrime famuli
tui auūculi eius huiuſcemodi apud te obti
nuere locū. vt ex impoſſibilib⁹ poſſibilia fa
cere dignareris. Proferens itaq̄ ſanctuſ
vir ſolidū quē attulerat ſtabulario dedit.
dixitq̄ ei. Fac nobis queſo amice optimā
cenā: vt cum hac puella epulari poſſimus
lōgi nanq̄ itineris ex interuallo amore ei
us adueni. O vera ſapīa ſm deū. o vere in
tellectus ſpiritalis. o vera p̄dicāda ſalutis
diſcretio. Quinquaginta ānis abſtinentie
ſue nequaq̄ panē guſtauerat. nūc carnes
ſine heſitatōe vt ſaluaret aīam ꝑditā man/
ducauit. Scōꝝ angeloꝝ chôros ſuꝑ diſcre
tiōe beati h⁹ miratos eſſe nō dubito qm̄ in
dubitāter ꝓ ſalute cūcta ꝑfecerit. Venite
igit̃ frēs ⁊ admiramī ſuꝑ hac ꝑitia ſanctiſ
ſimi viri. ⁊ diſcite abſtinentie ꝟtutē diſcer/
nere. vt ex ore draconis abſorptā animā
ſic liberare poſſitis. Igitur poſtq̄ epulati
ſunt ꝓuocabat eū puella vt in cubiculū in
troirēt. At ille: eamus inquit. Cunq̄ intro
iſſent cernit lectū in ſublime ſtratū. in q̄ ſta
tim reſedit alacriter. Quō te appellē ꝑfec/
tiſſime athleta xp̄i vehemēter ignoro. Con
tinentē te aſſerā an incōtinentē. ſapientē
an inſipientē. diſcretorem an indiſcretorē.
Quinquaginta annos ꝯuerſatōis tue ſuꝑ
humi ſpacium cubitaueras. ⁊ quō ſuꝑ hu
iuſcemodi lectū ꝯſtāter aſcēdis. Sed hec

vniuerſa feciſti ⁊ mãſionū iter longiſſimū
arripiẽdo ⁊ carnes comedẽdo ⁊ vinum bi
bendo ⁊ in ſtabulū diuertẽdo. vt ſaluares
aiam ꝑditã ad laudẽ ⁊ gl'iaȝ xpi. Nos aūt
ſi ſaltẽ verbū vtilitatis loqui cū, primo volu
mus cūcta importune diſcernimuſ Se
dente eo itaqȝ ſup lectuȝ ait puella. Veni
dñe vt calciamẽta de pedibꝫ tuis auferam
At ille ait ad eaȝ. Obſera inquit oſtiū di/
ligẽter. Volebat ẜo puella primo diſcalci
are eū. ſed cū ille nõ pateret obſeratiſ oſtijs
venit ad eum. Cui ſenior. Dña igit' maria
appropinqua mihi. Cūqꝫ appropinquaſſet
tenuit firmiter manū eius quaſi qui puta/
ret oſculari eã. Aufert quoqꝫ calamãcum
id eſt pilleū a capite ſuo. ⁊ erūpens voce in
fletum ait ad eã. Filia mea maria nõ me a/
gnoſciſ. Nõne ego ſum q̃ te nutriui. Quid
tibi factū eſt o filia mea Quis te interfecit
Vbi eſt ille hitus angelicꝰ quẽ hẽbat filia
mea. Vbi ẽ ꝯtinẽtia. vbi fletꝰ. vigilie. vbi
ꝯtinẽtie. A celſitudĩe celi in hãc foueã q̃ño
deuoluta es filia mea. Cur qñ peccaſti non
mihi indicaſti. nõ mihi ilico retuliſti. Et e/
go certe ꝓ te pniam agerẽ cū dilectiſſimo
meo effrem. Quare ſic feciſti. aut q̃re me
deſeruiſti. ⁊ in hãc moleſtiã intolerabilem
deduxiſti. Quis eñi ſine pctõ eſt niſi ſolus
deus. Cunqꝫ hec aliaqȝ multa dixiſſet. tã/
q̃ꝫ lapis immobilis in manibꝫ eius reman
ſit. timore ꝑiter ⁊ ꝯfuſiõe ſuppleta. Rurſꝰ
autem beatiſſimus vir cum lacrimis adie/
cit dicẽs. Nõ loquerꝭ mihi o filia mea ma
ria. Non loqueris mihi ꝑs viſcerꝝ meorū.
Sup me ſit hoc peccatū: ego in die iudicij
ꝓ te reddã rõnẽ dño. ego ꝓ peccato hoc ſa
tiſfaciã deo. Vſqꝫ ad mediū itaqȝ noctis:
huiuſcemodi verbis ꝯſolabat' eã. Cūqꝫ pa
rump fiduciã ꝑcepiſſet taliter flẽs ad euȝ
locuta eſt. Nõ valeo te inquiẽs ꝓpter con
fuſionẽ vultus mei attẽdere Et q̃ño poſſū
orõem deo ꝓfundere qñ ſic immūdicia ſce
ni huius polluta ſum. ⁊ ſcũs vir ad eam. ſu
per me inquit ſit iniquitas tua o filia mea.
ex manibꝫ meis peccatū hoc deus requirat
ſolummodo audi me ⁊ veni eamuſ in locū
noſtꝝ. Ecce eñi cariſſimus effrem ꝓ te ni/
mium dolet. tuiqꝫ cã ſedule dñm depcatur

Noli diffidere filia de clemẽtia dñi. lȝ tua
ſint peccata velut mõtes. ſed illiuſ miſcðia
oẽm ſupeminet creaturã. Sicut legimus
acceſſit mulier immūda ad mūdū ⁊ nõ euȝ
inquinauit. ſȝ ab eo potius ipa mūdata eſt.
lacrimis pedes dñi lauit. capillis exterſit.
Si põt ſcintilla pelagus inflãmare. põt et
peccata tua eiꝰ mūdiciã inquinare. Nõ ẽ
nouū cadere in luctamĩe ſed malū eſt iace
re deiectū. Reuoca vñ extuleras pedẽ. for
titer te cadẽte riſit inimicꝰ. ſed fortioreȝ te
ſentiat reſurgẽtẽ. Miſerere queſo ſenectu
ti mee doleat tibi ꝓ caniciei mee labore ob
ſecro. ⁊ exurgẽs veni ad cellulã mecū. No
li timere. lubricū eñi eſt genus mortaliū. ſȝ
ſicut citius cadit ſic iterꝝ velocíꝰ ꝑ dei adiu
toriū ſurgit. qui peccãtes nõ vult mori ſed
viuere. Illa vero ait ad eū. Si ſcis q2 pe/
nitẽtiã agere poſſum. ⁊ ſatiſfactõem meaȝ
ſuſcipiat deus ecce vt iubes veniam. p̃cede
⁊ ego ſequar ſanctitatẽ tuã ⁊ exoſculor ve/
ſtigia tua. quia ſic ſup me doluiſti vt ex vo
ragine imundicie huius educeres me. Et
ponens caput ſuū ad pedes eius tota noc/
te flebat dicens. Quid tibi domine deus
meus pro omnibus his retribuam. Dilu/
culo autem facto ait ad eam beatus Abra/
ham. Surge filia: ⁊ eamus hinc ad cellu/
lam noſtrã. Que rñdens dixit ad euȝ. Ha
beo hic modicum auri ⁊ aliquid veſtimen/
torꝝ. quid de his iubes fieri. Reſpõdẽs au
tem beatus Abraham dixit. Relinque hic
omnia hec que ex ꝑte maligni queſita ſunt
Et ſurgẽtes exierunt: ſtatimqꝫ ponens eaȝ
ſup equum trahebat pergens. quemadmo
dum paſtor cū inuenit ouem perditaȝ cum
gaudio ſup humeros ſuos tollit. ita beatus
Abraham gaudẽs in corde ſuo: iter cuȝ ne/
pte faciebat. Cunqȝ veniſſet ad ꝓpriuȝ lo/
cum illã quidẽ vbi ipa fuerat in cellula re
cluſit. ipe vero in cella exteriori permanſit.
Hec itaqȝ induta cilicio in hūilitate cordiſ
atqȝ oculorꝝ fletibꝫ ꝑdurabat. vigilijs quo
qȝ atqȝ artiſſimis abſtinẽtie laboribus ſe/
metipaȝ ꝯficiẽs. ⁊ cū modeſtia ⁊ quiete ad
dñȝ indeſinẽter ꝓclamãs. facinꝰ ꝓpriū ſpe
firmiſſima venie plãgebat. tã ſapiẽter iugit'
obſecratõnibꝫ vacans. vt nullus q̃uis ſi/

ne viſceribꝰ non ↄpungeret̃.cum voces fle
tus eius audiret. Quis eſt ſic immiſericors
eſt inuẽtus qui lamentãtem eam agnoſcẽs
ipſe quoqꝫ non fleret. Aut quis de eius ve/
ra cordis compunctõne non egit grãs deo
noſtro. Penitẽtia ſiquidem eius ſi noſtris
ſupplicatõibꝰ comparet̃. omnem menſurã
doloris excedit. Sic em̃ impenſius dñz ꝑ
cabatur vt ſibi ignoſceretur quod geſſerat
vt etiam ſignũ ſi ſuſcepta fuiſſet eius peni
tentia diuinitus poſtularet. Clementiſſimus
itaqꝫ deus qui neminẽ vult perire ſed omnes
ad penitẽtiã reuerti. ita cõdignam eiꝰ ſatiſ
factõnem recepit. vt oratõibꝰ eius poſt tri
ennij plenitudinem ſanitas plurimis red/
deretur. Impenſius nanqꝫ ad eã turba po
puli ↄfluebat. que ꝓ illoꝝ ſalute dñm effi/
caciter ꝑcabatur. Beatus autẽ Abrahaz
poſtea decem annis in hac vita ꝑdurauit.
ꝛ cernẽs optimam penitẽtiã ↄuerſionem/
qꝫ eius neptis deum glorificauit ſup oĩbus
gc ſeptuageſimo vite ſue anno quieuit ĩ pa
ce. Beatꝰ aũt maria quinquaginta ſue cõ/
uerſionis annos cũ magna deuotiõe ac hu
militate cordis ꝛ caritate erga deũ ꝛ ꝓxi/
mũ ſincera inſtitutõne ſpũaliter ↄpleuit. et
ita migrauit ad dñm

Finit vita ſancti Abrahe heremite.

# Incipit prologus in vitam ſancti Pachomij abbatis

Domine venerãde ꝛ in xp̃o quoqꝫ magnificentiſſime. Dioniſiꝰ exi/
guus pio veneratõis veſtre ꝓpoſi/
to qua potui facultate reſpondi ſcilicꝫ Pa
chomij vitam ſicut in greco eſt reperta. fi/
de trãſlatoris euoluens. In qua re cuz diu
morãtem me veſtra ↄpuliſſet autoritas ĩte/
grum non erat. vt qui querẽs iam ſponſio
nis exititerã ꝓmiſſa nõ deferre. ꝑſertim vo
bis qui votũ potius qꝫ vires attẽdere con
ſueuiſtis. Plura nãqꝫ ꝑ xp̃i gratia relegẽ
da atqꝫ imitãda ꝑagentes inſtituta ↄgno/
ſcere. quatenus eoꝝ ſtudijs facta ꝓpria cõ
ponentes. aut futuris ſeculis documentũ
diui muneris ſingulare ꝑſtetis. Fatemini

quippe maximã vos opam dare virtutibꝰ.
quas diligitis in ↄuerſatõne ſanctoꝝ. qꝛ
etiam illuſtriũ opeꝝ qualitate coherentis. qꝛ
virtutẽ nullus amat niſi qui ſequit̃. ꝛ ſimi
litudo moꝝ magnũ ꝑfert ↄiunctõnis indi
cium. ſicut ecõtrario vita diſpar grãdis eſt
ꝛ in ipſa ſanguinis affinitate diſcordia. Si
cut frequẽter inter ꝓpinquos feralia ſucce
dunt odia. ſic iurgia naſcunt̃ infenſa. ſic vſ
qꝫ ad ſanguinem ſeuit inexplebilis et ceca
militia dum bonis inuadẽt mali. liberalibꝰ
cupidi. quietis turbulẽti. ſtudioſis inertes
pacificis implacabiles. trãquillis immites
modeſtis temerarij. ſapiẽtibꝰ ſtulti. ſimpli
cibꝰ callidi. mitiſſimis quoqꝫ furioſi. Sꝫ
melius horum mores aplica tuba redar/
guit. Nam cum nouiſſimoꝝ ꝑicula tempo
rum gẽtium doctor exprimeret intulit di/
cens. Erũt enim homĩes ſeipſos amantes.
cupidi. elati. ſupbi. blaſphemi. ꝑntibꝰ non
obediẽtes. ingrati. ſceleſtes. ſine affectõne
ſine pace. crimĩatores. incõtinẽtes. imites
ſine benignitate. ꝓditores. ꝓterui. tumidi.
voluptatum amatores magiſqꝫ dĩ. Hic be
atiſſimus Paulus que ſuperius defuerũt
ꝓtulit ꝛ mira breuitate collegit. oñdẽs eos
ideo tales fore qꝛ voluptatũ amatores exi/
ſterent. et qꝛ vicioſiſſimis ſe cupiditatibus
ſubiugarẽt. Hinc em̃ mala cũcta ꝓueniũt
dum deus ↄtemnit̃ voluptates amantur.
Herbas dyabolus allicit vt decipiat. dle/
ctat vt fallat. blandit̃ vt ꝑimat. ꝛ ne futu/
ra ꝑſentibꝰ. celeſtia terrenis. eterna breui/
bus anteponant̃ inſiſtit. Voluptatũ inquit
amatores magiſqꝫ dei. habentes ſpeciẽ q̃/
dez pietatis virtutẽ aũt eiꝰ abnegãtes. hoc
eſt. tãtum nomine videntur eſſe chriſtiani
non ope. Qui etiam velut interiores ho/
ſtes peius exterioribꝰ ſeuiũt. ꝛ in eccĩa con
ſtituti pia eccl̃ie mẽbra diſcerpũt. Quos
apl̃us ad nos ꝑtinus vitare ꝑcepit vt ab
eoꝝ ſocietate non tã locoꝝ qꝫ moꝝ diſſimi
litudine diuidamur. Nec videat̃ cuiqꝫ mi
rum qꝫ hmõi peſtes iuſtes hoibꝰ aduerſent̃
qñ pleni dolis pleni fallacijs. ſibi qꝫ nẽ ꝑ/
cant. ꝛ ſecum ipſi plerũqꝫ diſſentiant. Ta/
les exptus vir beatus atqꝫ glioſus genitor
dñs meus non ſolum patienter ac fortiter

ſed etiã felicem finem ꝓ veritate que chri
ſtus eſt conſtãter atqꝫ ſublimiter ſuſcepit.
atqꝫ totius mũdi aduerſa ſuperauit. Cui⁹
ꝑfectã vite regulã ſanctoꝝ meritiſ ꝓpe mo
dum ↄſummãtẽ. nimis ex apto ꝑfectoruꝫ
viroꝝ dicto atqꝫ facunda oratõne perſcribi
vt tanta claritudo veſtri generis. tãtumqꝫ
decus ex aliqua naſcatur pte. ⁊ virtus am
miranda viris vix antiquis effabilis. que
fauẽte xp̄o a nobis hereditario iure ꝑficiẽ
lectõis officio poſteris intimetur

Finit Prologus

# Incipit vita ſancti Pachomij abbatiſ.

A

DOminus noſter iheſus xp̄s ſapiẽ
tie fons ⁊ ſciẽtie verꝫ lumen. vbũ
qꝫ dei pr̃is. ꝑ quod facta ſunt oĩa
humanã fragilitatẽ ad peccata ꝓnam atqꝫ
p̄cipitem. releuare volens plura circa nos
remedia ſue pietatis oſtẽdit. Abrahã nãqꝫ
pater noſter cũ diuinis iuſſionib⁹ obtꝑanſ fi
lium ſuũ offerret in ſacrificio. placuit deo ⁊
merito fidei. mox ⁊ heredẽ accepit ⁊ meri-
tum. Cui etiã ꝑ ſemetipſm deus iurauit di-
cens. Niſi bñdicẽs bñdixero te. ⁊ multipli
cans multiplicabo te ſicut ſtellas celi mul-
titudine. ⁊ ſicut arenã que eſt ad orã mariſ
innũerabilis. Et iterũ. In ſemine tuo bñ-
dicenẽ oẽs gentes terre. De quo ſcie ma-
nifeſte nos edocet apl's. dicẽs. Non dicit
⁊ ſemib⁹ quaſi in multis ſed q̃ſi in vno ⁊ ſe
mini tuo qui eſt xp̄s. Omẽs etiã ſancti ꝓ-
phete tante ſalutis archanũ reuelante ſan
cto ſpũ p̄uidentes. ſciẽteſqꝫ deũ nullo mo-
do poſſe mẽtiri. ad ſanãdoſqꝫ lãguores no
ſtros ⁊ celeſtẽ medicum nũciabãt eſſe ven
turum. atqꝫ vt celeri pñtia ſua ꝓſpicerẽ hu
mano generi cõtinua ſupplicatõne poſce-
bant. At miſericors deus qui pia vota ſem
per attẽdit. nec vnqꝫ deſerit eos qui ſe toto
corde queſierint ꝓmiſſiones ſuas nouiſſi-
mis dieb⁹ impleuit. mittẽs filiũ ſuũ natuꝫ
ex muliere. factũ ſub lege. qui ꝓ ſimilitudi
ne mortalitatis noſtre carne patereẽ. eum
qꝫ qui habebat mortis imperiuꝫ ſua morte
deſtrueret. Deniqꝫ diuinitate ſua manenſ
impaſſibilis. a corruptõne atqꝫ de interitu
nos redemit. ⁊ a vinculis abſoluit inſolu-
bilib⁹ inferoꝝ. ꝑfectaqꝫ diſpenſatõe noſtre
redemptõis oĩb⁹ gentib⁹ lauacꝝ regene-
ratõnis peccatoꝝ indulgẽtiam ↄtulit. cun-
ctoſqꝫ ad veram fidem ꝑ doctrinã ap̄licaꝫ
confluẽtes. iuxta illud qđ in euangelio ait.
Eũtes docete oĩes gẽtes. baptiſãtes eos
in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. gremiſ
infinite pietatis ſue amplexus eſt B

Igitur cum ꝑ vniuerſam terrã euãgelij
p̄conia choruſcarẽt ⁊ plures in adoptiõem
filiorum ꝑ grãm xp̄i ↄcurrerẽt. inimic⁹ hu
mani generis vehemẽter exarſit. multoqꝫ
ſeuiora temptationũ ꝑlia q̃ꝫ prius in ſuos
dei excitauerat. viſus eſt commouere ſuſpi
catus infelix q̄ poſſet nobis iter indulgen
tie celeſtis obſtruere. Sed hac ipa intẽtõ-
ne ſua deceptus eſt ⁊ eliſus. Adiutorio nã
qꝫ diuini muneris a fidelib⁹ ⁊ vigilãtibuſ vi
res eiuſ ⁊ inſidie ꝓſternũtur. vt ipi quidẽ
ↄfuſio: famulis autẽ xp̄i ꝑhennis gloria cõ
paretur. Nam iuxta dñi ꝓmiſſionem cuꝫ
examẽ patiẽtie ac fidei eorum qui ſpũalia
bella prudenter exercẽt pagani imꝑatores
exiſterẽt. ⁊ vbiqꝫ ↄtra xp̄ianos ꝑſecutõis
p̄celle deſeuirẽt. multi apud egiptũ marti
res ſancti per varia ſupplicia vſqꝫ ad mor-
tem in xp̄i noĩe p̄ſtiterunt. ⁊ ſimul cuꝫ pe
tro alexãdrie vrbis epiſcopo perpetuas co
ronas ⁊ immortalia premia ſunt adepti

Creſcebat autẽ indies fidelium multi
tudo. ⁊ ꝑ oĩa loca mirabiliter augebatur
necnõ eccleſie q̃ꝫplurime martiꝝ memorie
ↄſtruebãtur impenſius. monaſteria quoqꝫ
frequẽtiſſima eoꝝ qui ↄtinentie ſtudentes
renunciauerũt ſeculo ſolitudinis ipi⁹ ſecre
ta decorabãt. Hi nanqꝫ qui de gentibus in
chriſtum crediderunt conſiderantes mar-
tirum paſſioneſ eorũqꝫ ſincerum circa chri
ſtum confeſſionis affectum. ceperunt et ip-
ſi gratia domini ſanctorum vitam cõuerſa
tionemqꝫ ſectari et huius inſtõnis eſſe: vt
etiã his illud aptareẽ apl'i. Circuĩerũt i me-
lotꝭ ĩ pellib⁹ caprinis egẽtes ãguſtiati. affli
cti q̃b⁹ nõ erat dign⁹ mũd⁹. ĩ ſolitudib⁹ errã
tes ⁊ mõtib⁹ ⁊ ſpelũcis ⁊ in cauernis terre

Quietē deniq̄ ſolitudinis appetētes: gau/
dium ꝓprie ſalutis ac fidei diuino munere
ſunt ꝯſecuti. ceteriſq̄ mox exempla ſubli/
mioris vite ſacratioriſq̄ prebuerūt. Om
nibꝫ eñ terrenis exuti negocijs adhuc mo
rantes in corꝑe āgeloꝝ emulati ſunt ſancti
tatem. per quā faſtigia ſcandētes celſa vir
tutum vltra conditōnem enituere mortali
um. ita vt in nullo ꝓrſus antiquiſſimis pa/
tribꝫ inferiores exiſterēt. equiparātes etiā
illorum merita qui ꝓ chriſti iheſu domī no
ſtri nomine certauerūt vſq̄ ad effuſionē
ſanguinis. inuiſibiliū hoſtium molimīa de
ſtruentes. de quibus ait apoſtolus. Non
eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſan
guinē ſed ⁊ aduerſus principes ⁊ poteſta
tes. contra mundi rectores tenebrarū ha/
rum. contra ſpiritalia nequicie in celeſtibꝫ
Quorum multiformes precauentes incur
ſus. ⁊ caput ſerpentis antiqui fortiter cōte
rentes ſempiternis premijs ſunt potiti. d̄
quibꝫ ſcriptum eſt. Qd̄ oculus non vidit
nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcendit:
que preparauit deus diligētibꝫ ſe.

Quo tp̄e monachoꝝ monaſteria eſſe ce
perunt c

Erat per idem tempus beati An/
thonij vita cunctis ad mirandum
preclara propoſita. qui magni he/
lye atq̄ heliſei necnon ⁊ ſancti iohānis ba/
ptiſte emulator exiſtens. ſecreta interioris
heremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari. vitāq̄
celeſtium interioris geſſit amore virtutis.
Cuius ſanctus Athanaſiuſ alexādrie ciui
tatis antiſtes ꝓprio ſtilo teſtimonium ꝑbu
it. dignus ſane relator cōuerſatōis Antho
nij. qui iuxta ſupplicatōnem fratrum vitā
eius ꝓ multorum cōmoditate perſcribere
⁊ emulandum viris ſpiritalibus exhiberet
In quo opere ſancti quoq̄ Ammō memi/
nit. a quo per dei grām primum poſita ſūt
fundamenta. necnon ⁊ Theodorum ſanc/
tum admodū virum qui cum ſene prefato
fuerat. idem nobis pontifex indicauit quē
ſingulari ac perfecto ꝓpoſito ⁊ fide non fi/
cta deo ſubditum multiplicia retulit dya/
boli machinamenta ſuperaſſe. Igitur vbi/
q̄ diuina gratia copioſe diffuſa. illud qd̄
in pſalmis ſcriptum canit̄ declarauit exple
tum. Viſitaſti terram ⁊ inebriaſti eā: mul
tiplicaſti locupletare eam. Nam pro triſti
cia ⁊ gemitu gaudium ꝓuenit ⁊ leticia. ⁊ ꝓ
ſolicitudine atq̄ miſeria: felicitaſ atq̄ ſecu
ritas ſucceſſit Hinc itaq̄ patreſ monacho
rum viri mirabiles in vniuerſis ꝑpe mo/
dum regionibꝫ extiterūt. quorū nomīa in
libro vitētium ꝓbātur aſcripta. Pauciſ/
ſimi ſane tunc adhuc ꝑ egiptū ⁊ thebaidē
monachi eſſe ferebant̄. Poſt ꝑſecutōnem
nanq̄ Diocleciani ⁊ Maximiani crudeli
um principum. plenitudo gētium intrauit
ſicut diuinitus preordinatū eſt. ⁊ fecundi/
tas eccle fructus ampliſſimos cepit exhibe
re ſanctis epiſcopis. iuxta doctrinam tūc a/
poſtolicam iter fidei: ſincera quoq̄ cōuer/
ſatione monſtrantibus

Q, pachomius xp̄ianitatem ē adept⁹

p

Per idem tempus pachomius qui
dem ſm̄ ritum ac traditōnem pa
rentum gentilis. apud thebaidē
commanēs: dīna gratia gubernante xp̄ia/
nus effectus eſt. Hic ab adoleſcētia ſua ꝑ/
cipuam frugalitatis dicitur arripuiſſe vir
tutem. Idcirco aūt ꝓ gloria xp̄i qui nos d̄
tenebris vocauit ad lucē. ⁊ ꝓ vtilitate coꝝ
qui iſta lecturi ſunt ſtrictim ꝯuerſatōnē ei/
us qui fuerit a ꝑuulo refero. q2 a tanta ꝑfe/
ctione ei⁹ initia quoq̄ non diſcrepant.

Pachomius adhuc puer ydo
la deſtruxit

Hic eñ cum adhuc puer eſſet: cū
parētibus ſuis ad ſimulacꝝ quod
dam demonis ſuper ripam nili flu
minis collocatum: tanq̄ victimas oblatu/
rus aduenit. Cumq̄ ſacerdoſ impuriſſim⁹
ſacrilega ſolito celebrare voluiſſet ꝑſentia
Pachomij. demonis ꝓrſus euanuere pre
ſtigia. Cum diu multūq̄ idē ſacerdos he
ſitanſ. in modū ſimulacri quod colebat mā
ſit immobilis. vehemēter āmirans cur ſoli
ta demones rn̄ſa non redderēt. Tādemq̄
immundo ſpiritu reuelante cognouit pue/
ri pachomij cauſa inſolita ꝓueniſſe ſilentia
atq̄ in hec verba ꝓrupit attonitus. Quid
inimic⁹ deoꝝ huc venit. procul hīc eū ꝑpul

pellire et ꝙ totius amouere. Quod cum
parētes eius audiſſent. cumq̃ ſuo conſpe-
xiſſent ſeparī ꝯſortio merore magno reple-
ti ſunt. eo ꝑcipue ꝙ inimicus deoꝝ tali fu-
iſſet ꝯteſtatōe declaratus. Ambigebant er-
go ꝑntes eius quid de eo fieret. q2 et antea
cum paululū deguſtaſſet de vino libatōnis
demonū. ꝓtinus euomuerat illō. Hec ita
q̃ cum ſe videret nō poſſe diſcernere ꝗ̄ ue-
runt. Inſtabat aūt vt egyptiacis imbuere-
tur lr̄is ⁊ antiquoꝝ ſtudijs informaret̄.

R, pachomius ad militiā eſt raptus.

EOdem tp̄e Cōſtātino poſt perſe-
cutōem in impio ꝑdurante. ⁊ cō-
tra tirānū gerente ꝑlium: ꝑcepta
regalia cucurrerūt vt electiſſimi quiq3 iu-
uenū ad tirocinij militiā vbiq3 tenerentur
inter quos ⁊ Pachomi⁹ annos nactus vi-
ginti detētus eſt. vt ipſe poſtea retulit. Cū-
q3 naui fuiſſet inter alios ad ꝑegrina tranſ-
uectus. ad ciuitatē quādā vento vrgēte de-
lati ſunt. Ciues ergo loci illius videntes ti-
rones artius cuſtodiri ⁊ quid illꝭ accidiſſet
edocti: pietate moti ſunt. ⁊ iuxta mandatū
xp̄i ſolacia maximo merore poſitiſ ⁊ neceſ-
ſaria corpis attulerūt. Tūc pachomi⁹ aīad-
uertens qd̄ ab eis factū eſt ⁊ nimis ammi-
rans. ab his qui ſimul aderāt inquiſiuit ꝗ̄-
cēnt viri illi. ſic erga miſcdiā3 atq3 humili-
tate3 ꝓmpti ac faciles. audiuitq3 xp̄ianos
eſſe qui circa omēs ⁊ maxime ꝑegrinanteſ
impenderēt ꝓna liberalitatis officia. Sci-
ſcitabatur aūt quid ipa ſibi vellet appellatō
nomis xp̄iani. dictū eſt ei. ⁊ hoīes eē pi-
os ⁊ vere cultores religiōiſ. credētes in no-
mine ihesu xp̄i filij dei vnigeniti. cunctiſq̃
ꝓ viribꝫ benefaciētes ⁊ ſperātes a deo ꝛtri-
butionē bonoꝝ opm in futura vita ꝑcipe.
Hec audiēs pachomius corde ꝯpunct⁹ ē.
⁊ illuſtratus dīno lumīe xp̄ianoꝝ miratus
eſt fidem. atq3 dīni timoris igne ſuccēſus
paululū pn̄tium ꝯſpectibꝫ ſeſe ſubtraxit. et
ad celum manus eleuās ait. Omīpotēs de-
us qui feciſti celum ⁊ terram ſi reſpiciēs re-
ſpexeris precem meā. ⁊ ſancti tui nomīs ve-
ram cōtuleris ꝑfectāq3 noticiā. ab hac me
cōpede meroris exemeris. ſeruitio tuo me
tradam oīnibꝫ diebꝫ vite mee. ⁊ ſpreto ſe-
culo iugiter tibi adherebo. Qui cū oraſſet
ad ſuos reuerſus eſt comites. ⁊ die ſequen-
ti de ciuitate illa ꝓfecti ſunt. Cumq3 diuer-
ſa loca nauigio circumirēt: ſi quādo Pa-
chomium voluptas corpis et mundana ti-
tilaſſet ⁊ illecebroſa temptatō. ſtati3 ei ſua
aduerſabatur ſponſio memor quia ſe domi-
no ſeruiturum eſſe deuouerat. Nam diuīa
gratia ſuffragāte iam ab annis puerilibus
amator extiterat caſtitatis

R, Pachomius ſacrum
baptiſma ſuſcepit

IGitur Conſtātinus impator pie-
tate ac fide q̄ chriſto crediderat.
victoriam de hoſtibꝫ conſecut⁹: ti-
rones iuſſit abſolui. Sic Pachomius op-
tata ſibi libertate conceſſa. ꝓtinus ad The-
baidis vlteriora ꝓgreditur. ⁊ ingreſſus ec-
cleſiam que eſt in vico. cui nomen eſt Cy-
noboſtium fit ilico cathecuminus. et poſt
paululum gratiam lauacri vitalis adipiſci-
tur. ⁊ ipſa nocte qua miſterijſ ſacris imbu-
tus eſt. vidit in ſomnis veluti rorem celit⁹
illapſum. eius repleſſe dexteram ⁊ in mel-
lis creuiſſe pinguedine3. audiuit quoq̃ vo-
cem dicentem ſibi. Conſidera Pachomi
quod geritur. Eſt enim hoc ſignum gratie
que tibi a chriſto collata eſt. Hic itaq3 di-
uino inflammatus affectu et dilectōnis ei-
us ſarculo ſalubri vulnere ſauciatus. mo-
nachorum ſe diſciplinis atq3 inſtitutioni-
bus ſubiugauit.

R, Pachomius monachus fieri deſi-
derauit

AUdiuit autē quendā anachoretā
cui nomen erat Palemon. intra
heremi ſecreta dn̄o ſeruiente3. ad
quem confeſtim cum eo cupiens habitare
ꝑrexit. ⁊ pulſans oſtium cellule eius preca-
batur ingreſſum. Cui ſenex aliquantulum
patefaciens aditum dixit. Quid vis aut
quem queris. Erat enim ſeuerus aſpectu.
eo ꝙ multo tp̄e ſolitari⁹ vitā rigide ꝯuer-
ſatōis exegerat. Rn̄dēs aūt pachomi⁹ ait.
De⁹ me⁹ miſit me ad te vt mōach⁹ fiam.
Cui ſenior. Nō es potes h̄ inq̄t mōach⁹ fie-
ri. Nō eīn parua res agit̄ ſi veri monachi

conuerſatõ caſta penſetur. Nã plures huc
duduͣ venientes. affecti tedio ꝑſeuerantie
non tenuere ꝟtutẽ. Et Pachomius. Nõ
ſunt equales omniũ mores. Ideo ꝑcor vt
me digneris excipe. et ꝓceſſu tẽporis tam
volũtatem meam ꝗ̃ poſſibilitatẽ plenius
approbas. ⁊ ſenior ait. Jam tibi p̃fatus ſuꝫ
ꝙ hic fieri monachus nullo modo poſſis.
Perge magis ad aliud monaſteriũ. ⁊ cuꝫ
ibidem cõtinentie operã dederiſ. tũc ad me
regredere te ꝗ̃ ſine mora ſuſcipiã. Verũ-
tamẽ animaduerte quod dico. Ego hic ſa
tis frugaliter viuo. Nam nimis ardua et
duriſſima cõuerſatõne me caſtigo. nullius
rei cibo mĩme vtens niſi tm̃ panis ⁊ ſalis.
Ab oleo autẽ ⁊ vino in totum ꝓrſus abſti-
neo Vigilo dimidiũ noctis. qð ſpaciũ vł
in oratõne ſolenni vel in meditatõne diui-
ne lectõnis inſinuo. interdũ quoq̃ totam
noctem duco peruigilẽ. Hec autẽ audiens
Pachomius expauit. vt ſolẽt pueri magi
ſtrorum vereri preſentiã. ſꝫ gratia domini
roboratus omnem laborem tolerare propo
ſuit. Seniq̃ reſpondit. Credo in domino
iheſu chriſto ꝙ michi fortitudinem patien
tiamq̃ preſtabit. vt dign⁹ efficiar tuis ad-
iutus precibꝫ in ſancta ꝯuerſatiõe ꝑ om̃ia
vite mee curricula permanere

¶ Q, heremita Palemon dedit Pacho
mio habitũ monachi.

Tunc ſanctus Palemõ ſpirituali
bus oculis intuẽs Pachomij fi-
dem. tãdem patefecit aditũ eũq̃
ſuſcipiẽs. habitu monachi ꝯſecrauit. Co-
rabãtur ergo ſimul abſtinẽtie atq̃ precibuſ
operã dantes. Terebãt quoq̃ cilicia et la
borabãt manibꝫ ſuis iuxta beatũ apoſtoluꝫ
non tm̃ ꝓ ſua refectõnis requie. ſed vt ha-
berent vnde tribuerẽt neceſſitatẽ patiẽtibꝫ
In vigilijs etiã cum nocturnas oratõnes
celebrarẽt. ſi quãdo ſenior vidiſſet ſomno
Pachomiũ premi. ducẽs eũ foras. hare-
nam portare ꝑcipiebat de loco ad alterũ lo
cum. ⁊ tali exercitio mẽtem eius grauataꝫ
ſomni pondere ſubleuabat. inſtituẽs ac for
mans eum vt ſolicitus eſſꝫ in precibꝫ. di-
cens ei. Labora pachomi ⁊ vigila: ne quan
do quod abſit ab incepto te ꝓpoſito moue

at is qui tẽptat ⁊ inanis fiat labor nr̃. Que
cũcta pachomiuſ obediẽter ac ſolicite ſuſci
piens ⁊ indies ſancte ꝯtinẽtie ꝓfectibꝫ cre
ſcens. venerabilẽ ſenem nimis alacrẽ letũ
q̃ reddebat: ita vt xp̄o ſemꝑ ꝓ cõuerſatõ
ne eius gratias ageret.

¶ De abſtinẽtia heremite Pachomij

Per idem tp̄s ſanctiſſim⁹ dies pa
ſcalis aduenerat. ⁊ ait ad Pacho
miũ ſenior. Qm̃ cunctoꝝ xp̄iano
rum vniuerſał eſt iſta ſolẽnitas. nobis quo
q̃ para que vſui noſtro ſunt ꝯgrua. Tunc
ille ꝓmptus ad obtẽperãdũ id qð ſibi p̃ce
ptum eſt impleuit. ⁊ p̃ter ſolitũ pariter ac
cipiens olei cũ ſalibꝫ tritis admiſcuit. La-
pſanas eniꝫ. i. agreſtia olera ⁊ herbas ali-
as p̃ter oleũ ꝯſueuerãt edere. Cum ḡ p̃pa
raſſꝫ ait ad ſenẽ Feci qð tua paternitas im
perauit. Cunq̃ poſt orõnẽ btũs palemõ ac
ceſſiſſet ad mẽſam vidiſſetq̃ oleũ cum ſali
bus apparatũ. fricãs manibꝫ frontem et v-
bertim fundẽs lacrimas ait. Dñs me⁹ cru
cifixus eſt: ⁊ ego nunc oleũ comedã. Cun
q̃ rogaret eum pachomi⁹ vt modicuꝫ q̃d
ex eo ꝑciperet. nullatenus acquieuit. Tũc
ꝓ more ſal ⁊ panis eſt allatus. ⁊ ad mãdu
candũ pariter ꝯſederũt. Que ſenex cruciſ ſi
gno ſicut cõſueuerat benedicẽs. cibuꝫ vter
q̃ ſumpſerũt: dño gratias vt moris fuerat
humiliter exhibentes

¶ De quodam monacho ſuperbo

Na vero dieꝝ cũ vigilãtes ſimul
palemõ ⁊ pachomiuſ accederent
ignem. quidam frater ſuꝑueniẽs
apud eos manere voluit. Qui cum ſuſcep
tus eẽt inter verba vt fieri ſolet erupit ⁊ di
xit. Si quis fidelis eſt ex vobis ſtet ſuper
hos carbones ignis. ⁊ oratione dñicaꝫ ſen
ſim lateq̃ ꝓnunciet. Quẽ beatus Pale-
mon intelligẽs ſuꝑbie tumore deceptũ: cõ
monuit dicẽs. Deſine frater ab hac inſania
ne tale quid vlterius loquaris. Qui corre
ptione ſenis non ꝓfecit in melius. ſed pl⁹
elatõne mentis inflatus: ſuꝑ igneꝫ ſtare ce
pit audacter nł̃lo ſibi penit⁹ imꝑante. erat-
q̃ cõſpicere qũo cooꝑante inimico hũani
generis ⁊ dño ꝑmittẽte: nequaq̃ ꝑuſtus

fuerit ignis attactu. Hoc ip̄m vero q̄ȯ geſ
ſit impune. ad augmētum ꝓfecit eius inſa
nie ſm̄ q̄ȯ ſcriptū eſt. Ad prauos prauas
vias mittit dn̄s. Hoc itaq̄ʒ cū fuiſſet factū
poſtera die idē frater mature ꝓficiſcēs ac
velut exprobrās eis aiebat. Ubi ē fides ve
ſtra. Poſt nō multū vero tp̄is cernēs dya
bolus eū ſibi ꝑ om̄ia mācipatū. ⁊ facile ad
que vellet facinora euʒ poſſe ꝯpellere. trāſ
figurauit ſe in mulierē pulcram ſplēdidis
veſtib⁹ adornatā. ⁊ cepit oſtiū celle eius ve
hemēter extūdere. Qui cum apꝰuiſſet. ait
ei dyabolus in habitu mulieris immutat⁹
Obſecro te q̄ꝛ nimis a creditorib⁹ vrgeor.
⁊ metuo ne me aliqua ꝑicula ꝯp̄hendāt re
cipias in tuā cellulā. q̄m debitū ſoluere ne
queo quaten⁹ ꝑ te ſalua facta grās referam
Dn̄s ei me direxit ad te. Qui cecitate mē
tis penitus obſcurat⁹. nec valēs diſcerne/
re quis eſſet qui ſibi talia loquereť. diabo/
lum miſer in ſuū recepit exitium. Tūc ho
ſtis noſtre ſubſtātie vidēs eum ad oē ſcel⁹
eſſe ꝑcipitē. immiſit ei turpē cogitationem
Qui mox ceſſit inimici ſuggeſtionib⁹. ⁊ e/
ius quaſi muliebres petiuit amplex⁹ Quē
ſpūs immūdus inuadēs eliſit atrociter. et
reuolutus ſuꝑ pauimentū veluti mortuus
diu multūq̄ʒ ꝑmanſit. Poſt aliq̄ntos aūt
dies tandē in ſe reuerſus ⁊ demētie ꝓprie
ſero penitēs ad ſanctum palemoneʒ venit.
⁊ cum magno fletu q̄ȯ ſibi accidiſſet expo
ſuit. vociferās ⁊ dicēs. Agnoſce pater ag/
ſce q̄ꝫ ego cauſa ꝑditōis mee extitā. Bene
eīm me ꝯmonere dignat⁹ es. ſed ego īfelix
qui te audire ꝯtempſi. Quapropter obſe/
cro vt me ſanctis orōnib⁹ tuis adiuuare di
gneris ne ſub ingēti ꝑiculo ꝯſtitutū diſcre
pat inimic⁹ ⁊ ꝑimat. Cunq̄ʒ iſta cum lacri
mis ⁊ fletib⁹ ꝓſequereť. ⁊ ſanct⁹ palemon
beatuſq̄ʒ pachomius lacrimas ꝓ eo funde
rent ꝯpatiētes. ſubito corꝛept⁹ ab immun
do ſpū de ꝯſpectu eoꝝ ꝓſiliit. ⁊ ꝑ deſerta di
ſcurrens agebať infrenis. Peruenit auteʒ
ad ciuitatē Panos noīe. ac deinceps ī for
nace balnei ꝑ amentiā ſeſe precipitans in/
cendio ꝓtinus interiit.

Q̄uo Pachomius manus ſuas laua/
bat in ſanguine peccatoris

Hec audiens videnſq̄ʒ Pachomi
us magis ac magis incubuit ab/
ſtinentie tenere mēſuram. et cū in
om̄ibus tūc maxime in oratōibus animuʒ
ſeruare ꝑuigilē. iuxta illud q̄ȯ ſcriptū eſt
Om̄i cuſtodia ſerua cor tuū. intātū vt euʒ
ſenex imitareť attonitus. quia non ſolum
conſuetā abſtinentie regulaʒ alacer extrin
ſecus adimplebat. ſed etiam intrinſec⁹ con
ſciētiam ſuam iuxta celeſtium formaʒ ſtu/
debat exhibere puriſſimā. ſicut beatus apo
ſtolus dicit. Gloria noſtra hec eſt. teſtimo
niū cōſcientie noſtre. certus ex hoc magis
ſibi in celeſtib⁹ parari mercedē. Nam cuʒ
diuīas ſcripturas legeret memorieq̄ʒ mā/
daret. non id paſſim negligēterq̄ʒ faciebat
ſed vnūquodq̄ʒ preceptum ſolerter exami
nans ac pia monita pertractās. ſtudebat in
dies opere perficere que memoria retenta/
bat. Precipue vero humilitatis ac patien
tie munere vtebatur. ⁊ erga deū proximū/
q̄ʒ puriſſima dilectōne pre multis nitebať
excellere. Hec autē aliaq̄ʒ eius clara didi
cimus a ſanctis hominibus dei qui ſimul cū
eo multo tēpore ſunt morati. quib⁹ etiā vi/
te ſpiritualis exēpla cōtulerat. poſt lectio/
nem diuīe legis ea que ad edificatōem ani/
marū ꝑtinēt referens diligenter. Que cū
multa ſint ⁊ vires noſtre ꝑuitatis excedāt
non oīa pn̄ti ſtilo perſcripſim⁹. nō ei ſum⁹
idonei tāti viri merita eloq̄o pari deprome

Q̄, ſecretiora heremi pachomi⁹ expetiit

Igitur Pachomi⁹ erga loca mon
tis vbi ſancti morabantur plena
ſpinis nudis pedibus incedebat.
et cum infigerentur ei plurime letabať pa/
tienter ac fortiter ferens. recolens q̄ꝫ do/
minus noſter in cruce clauis fuerit dignā/
ter affixus. Diligebat autē Anachoreſim
plurimū frequēter expetēs ſolitudinē. ⁊ il
lic diu ī orōe ꝑſiſtēs dn̄o ſupplicabat vt tā
ſe q̄ʒ hoīes oēs ab vniuerſ inimici fraudi/
bus clementer eriperet.

Q̄, vox ḋ celo lapſa eſt ad pachomium

Quodam vero tempore cōtigit vt
Pachomius ꝓcul a cella ſua pro
greſſus veniret ad quendā vicuʒ

cui nomē eſt tabennēſis. in quo tūc nullus
penitus habitatoꝛ exiſtebat Ubi cū ꝓ amo
re diutius in oꝛonibꝫ ꝑduraret. vox ad eū
celitꝰ delata eſt. dicēs. Mane iſtic o pacho
mi ⁊ monaſteriū ꝯſtrue. Uēturi ſunt nan
qꝫ ad te q̄ꝫplurimi tua cupiētes inſtōne ꝓ
ficere quibꝫ ducatū p̄ſtabis iuxta regulam
quā monſtrauero tibi Et ꝓtinus apparuit
angelus dn̄i deferēs ei tabulā in qua erat
oīus forma inſtōnis aſcripta. qua docendi
forēt. quicūqꝫ ad eius magiſterij ſtudia ꝑ-
ueniſſent. Quā regulā tabennēſes hodieqꝫ
cuſtodiūt. codē cibo ſꝑ ꝯtētes ⁊ hītu. ipſam
quoqꝫ diſciplinā ſolicita circūſpectōe ſuā
tes. Nā monachi qui ibidē cōmanēt non
ſolū moꝛe ſed ⁊ roboꝛe coꝛpis ⁊ locoꝝ ſitu
p̄ ceteris longe diuerſi ſunt. ⁊ neceſſe ē eos
diuerſam regulā cuſtodire Hāc ergo vocē
pachomiꝰ mētis ſinceritate diſcernēs q̄m
illi diuina gr̄a ⁊ merita vite ꝯtulerunt: agno
uit ad ſe celitꝰ delatā. regulaſqꝫ valde mira
biles approbauit. Tūc reuerſus ad vene-
rabilē ſenē retulit queadmodū voce ſit di
uina ꝯmonitus. obſecrās vt ſecū ꝑiter ve-
niret ad locum quo poſſet dn̄i mandata ex-
plere. Qui nolēs eū in aliquo ꝯtriſtare vt
pote cariſſimū filiū p̄cibꝫ eius ilico paruit
atqꝫ ad pꝛefatā villā cum eo ꝑuenit. modi-
cāqꝫ ibi cellulā ꝯſtruētes. letabant̄ in dn̄o
ꝓmiſſionū eius bn̄ficia p̄ſtolantes. Pꝰ ali
quantulū vero tp̄is ait palemon ad pacho-
mium. Qm̄ cerno gr̄am tibi a deo eſſe col-
latam: ⁊ deinceps iſtic ꝑmanere diſponis.
veni ſtatuamꝰ inter nos pactū vt nō diui-
damur ab inuicē. ſed q̄ꝫdiu in hac luce ver
ſam̄ viſitatōe nos ꝯſolemur aſſidua. Utri
qꝫ placuit hec pactō quā oīi tp̄e vite ſue
tam btūs ſenex q̄ꝫ ſanctus pachomius ſoli
citus ſunt executi

De obitu ſcī Palemonis heremite.

INter hec venerabilis idē Pale-
mō doloꝛe plenꝰ. qui ex nimia cō
tinētia illi ꝓuenerat. toto coꝛpoꝛe
graui cepit egritudīs incōmodo laboꝛare.
Nā ſumebat eſcā potu ſepius abſtinēs. itē
ſolūmodo bibebat nihil cibi ꝑcipiēs. Ro-
gatus ab aliquibꝫ fratribꝫ qui ad eū gr̄a vi
ſitatōis aduenerāt. ne p̄nitus coꝛpꝰ debile
frāgeret. tandē ceſſit oꝛōnibꝫ coꝝ vt victu
ꝯgruo attenuata mēbꝛa refouerꝫ. Sed nō
hoc diutiꝰ ꝑtulit. Nā grauioꝛes ſolito do-
loꝛes exꝑtus relicta ciboꝝ inſolētia: ad an
tiquū victū ſine dilatōe reuertit̄ dicēs Si
martires xp̄i alij ꝑ fruſta lacerati. alij capi
te ceſi. nonnulli etiā ignibꝫ ſunt cremati: et
tn̄ vſqꝫ ad finem foꝛtiter ꝓ fide tolerave-
runt. cur ergo patiētie p̄mia ꝓuiſ cedēs do
loꝛibꝫ impatiēter abijciā: ⁊ d̄ſiderio vite p̄
ſentis afflictōes momētaneas inaniter ex
pauēſcā. Deniqꝫ ſuadētibꝫ acquieui cibos
inſolitos ſumere qui mihi doloꝛes auxerūt
potiuſ q̄ꝫ vllā requiē pꝛeſtiterūt. Recurrā
igit̄ ad pꝛiſtina remedia ⁊ ꝯtinētie ſubſidia
nō relinquā: in quibꝫ eſt vt ego certꝰ ſum
oīs requies ⁊ vera leticia. Non ei ꝓpter
hoīes hec arma ſuſcepi. ſed ob amoꝛem
xp̄i his certare ꝓpoſui Sic itaqꝫ viriliter
agēs. intra mēſem dieꝝ valido lāguoꝛe cō
ſumptus eſt. Ad quē pachomiꝰ veniēs fo-
uebat eum vt pr̄ēm: deoſculās pedes eiꝰ at
qꝫ ꝯplectēs. ⁊ veluti valefaciēs ſic ei vide-
bat̄ affari. Uenerabil̄ aūt ſenex oīm ꝟtutū
gr̄a cumulatꝰ ⁊ plenus dieꝝ ſicut ſcriptuꝫ
eſt quieuit in pace. Tūc ſcūs pachomius
coꝛpus eiꝰ ſepeliuit. cuius aīa ſuſcepta cho
ris angelicis ad celos euecta eſt.

Q, ſimul cōuerſabant̄ Pachomiuſ et
frater eius Johannes.

QUo pacto pachomius ad ꝓpꝛiuꝫ
diuerſoꝛiū reuertit̄. Et nō pꝰ mul
tum tp̄is germanus eiꝰ Johānes
nomie cūcta de illo ꝯperiēs venit ad eum.
Quē cū vidiſſet gauiſus eſt plurimū. naꝫ
ex quo baptiſatus in xp̄m crediderat ⁊ ſoli
tariā vitā elegerat nullū ſuoꝝ viderat pro
pinquoꝝ. Igit̄ iohānes vt vere pachomij
frater: imitatoꝛ eius effectꝰ cū eo ꝑmanſit
vnū hn̄tes idēqꝫ ꝓpoſitū. eūdēqꝫ circa de
um dilectōis affectū. Et quia ī lege dn̄i die-
bus meditabant̄ ac noctibꝫ. nullis terreno
rum negocioꝝ curis aīm deꝓmebāt. Nā
etſi quicq̄ꝫ ſuperat illis ex his que ſuis ma
nibꝫ opabant̄ id cōtinuo diſtribuebāt egē
tibꝫ. ut iuxta p̄ceptū dn̄i iheſu xp̄i de c̄ſtino
mīme cogitarēt. In tāta vero p̄ſſimētoꝛū

penuria ſeſe ꝯſtrinxerant. vt nunꝙ̄ lebeto/
ne alio vterentur. niſi cū indumēti ſordes
neceſſitas coegiſſet eluere. Lebeton aūt li/
nea veſtis eſt. inſtar collobij quo monachi
vtuntur hodieq; per Thebaydem ⁊ egip/
tum. Sed beatus Pachomius ad humi/
liandum corpus ꝓprijs induebat ſe plerū/
q; cilicio. ⁊ ꝑ annos. xv. poſt illos ingen/
tes ſudores atq; labores abſtinentie. non
iacens ſomnū capiebat noctib⁹ ſed in me/
dio cellule ſue reſidens. adeo vt nec dor
ſum ſaltē ꝓ ſuſtentatione reclinaret. Cūq;
nimis ex hoc affligeret̃ ferebat tñ equani/
miter hunc laborē ſpe quodammō iam pli
bans eam requiem que ſibi ꝑabatur in ce/
lis. Plurimoꝝ nāq; conſiderans inſtitu
ta dabat ſemꝑ operā. cū ꝓprio fratre ad ma
ioris virtutis augmenta ꝯſurgere. Opera
banẗ aūt ⁊ ſedilia et vnuſquiſq; ſicut pote
rat ita viuebat cum ſumma ſcʒ humilitate
et patientia ⁊ fide nō ficta.

¶ De ꝯflictu Pachomij ꝯtra iram et in/
dignationem. R

INter hec Pachomius iterū diui
nitus ammonitus ꝓ regulis qui
bus deberent inſtitui: qui erant ꝑ
eum domino credituri. cepit cū germano
ſuo habitaculū in quo manebant capacius
reddere. ⁊ edificijs ampliare ꝙ̄ plurimis
eoꝝ vt dixi gr̃a. qui ſeculo renūciantes ad
ſeruiendū xp̄o erant ſine dubitatione ven
turi. quatenus eſſent ſpacia digna meniaꝝ
in quib⁹ eoꝝ poſſet recipi multitudo. Cū ğ
ſanctus pachomi⁹ hac intentione qua di/
ctum eſt locoꝝ ambitus extenderet. ⁊ mo
naſterij menia dilataret. idem frater eius
Anachoreſim cogitans habitaculi dilige/
bat anguſtiaſ ⁊ nimiū indigne ferens: erat
eīn natu maior. ait beato pachomio. Deſi
ne ab hac intentione tua. Quid agis rem
ſuꝑfluam inaniter temetipſum dilatare cō
tendens. Qui cum hec audiſſet. grauiter
quidē tulit ꝙ inſolitā audiſſet iniuriā. Ve
runtamē nihil oīno ei r̄ndit. ſed manſuete
ſuſtinens ſeſe ꝯtinuit. Conſequenti vero
nocte ad inferiora dom⁹ deſcendens. cui⁹
aliquā ꝑteʒ ipſe conſtruxerat, ꝓſtrauit ſe in
oratione cepitq; flere vehementer ac dice

re. Ve mihi. q᷑ prudentia carniſ adhuc in
me ſibi vendicat locū. Adhuc eīn ſ̄m car/
nem ambulo. ſicut nuꝑ expertus ſum. Tan/
te nāq; ꝯuerſationis inſtituta ſuſcipiens.
equū non eſt vt me modo impatientia pre
cipitet. mō meror vexet. modo merito vi
dear iraſci. Miſerere mei dñe ne peream.
nec dyaboli deceptuſ fraude ſuccūbaʒ. Si
eī me tua gr̃a deſeruerit. ⁊ aliquā in me ꝑ/
tem ſuoꝝ actuū repererit inimicus duriſ/
ſiſſime eius ſeruituti ſubijciar. quia ſcrip/
tum eſt. A quo quis ſuꝑaẗ. huic ⁊ ſeruus
adijciẗ. Et iterū ſcriptum eſt. Si totā le/
gem quis impleuerit. offendat autē ī vno
factus eſt oīm reus. Credo dñe. ꝙ miſera
tiones tue multe ſunt. que me nullis meri
tis ſubnixum adiuuabunt. viāq; ſanctorū
tuoꝝ illūīatus ingrediar. ⁊ in anteriora me
ſemꝑ extendens. obliuiſcar ea que retro ſūt
Sic eīn famuloꝝ tuoꝝ chor⁹ qui tibi a ſe
culo placuit. tuo ꝓtectus auxilio. dyaboli
vitauit incurſus. et longe lateq; ꝓ multoꝝ
ſalute mirabili decore ſplenduit. Ego aūt
dñe qn̄o alios docere temptabo. quos per
me ad monachoꝝ ꝓpoſitū vocare dignat⁹
fueris. cum nec paſſiones carnis aduerſ⁹
animā militantes deuicerim. nec legē tuā
immaculata mente ſeruauerim. Sed ꝯfi/
do xp̄e. ꝙ tua mihi virtus in omnib⁹ ſem
per aſſiſtat. eaq; gerā que tuis ꝯſpectibus
placeant. Remitte clementiſſime deus re/
mitte. precor omnia peccata mea ⁊ cor me
um iugiter inſpectione purifica. Hec igiẗ
cum lacrimis dño ꝯfitebaẗ. ⁊ fletib⁹ nocte
ꝑuigil in oratiōe ꝯſiſtens. ⁊ ꝓ nimietate ſu
doris atq; lacrimarū: nam tempus erat e/
ſtatis. ita pannū vbi orauerat humectum
reddidit vt fuſa illic aqua crederet̃. Con/
ſueuerat autem ſtans in oratione man⁹ ſu
as expandere quas per aliquot horaꝝ ſpa/
cia minime colligebat. ſed extenſione diu/
turna: veluti cruci confixum. corpus reti
nebat imobile. ⁊ ſic animū ſuū ad vigilan/
dum in ꝓcibus excitabat. Et ꝙ̄uis eſſʒ in
omni virtutum genere prepotens. incre/
dibili tamen humilitate et mira manſuetu
dine cum ſuo germano cohabitans eum ꝑ
omnia ſuſtinebat. Qui nō poſt multū tp̄is

vite p̄ſītis curſum impleuit. Cuius funus debito curauit honore Pachomi⁹. Nam totā noctē ſup eius cadauer. pſalmis egit hymniſq; p̄uigil'ē. ⁊ aīam quidē eius dño. cui et ipſe crediderat. corpus vero ſolicite reddidit ſepulture.

## Quomodo illicitis cogitationib⁹ dyabolo reſiſtebat.

Tunc infatigabilis Pachomius arta ⁊ ſingulari ꝯuerſatione ſemet ipſuꝫ affligens. ſtudebat integꝝ ſe atꝫ īmaculatū in oīb⁹ exhibere. Si qñ aūt eū cogitatio pulſaſſet illicita mox eā diuino munere repellebat. atq; in timore dñi pſeuerabat affix⁹. eternaꝝ memor penaꝝ ⁊ doloꝝ ſine fine manentiū. ignis ſcꝫ illi⁹ inextinguibil' ⁊ vmiū eoꝝ nūq; morientiū. Cū his itaq; pachomi⁹ modis ⁊ ab illicitis abſtineret ⁊ ad meliora ꝓficeret. dilatādi monaſterij curā gerebat nō modicā ꝓ ſuſceptione multoꝝ. Cui dyabol⁹ vehemēter cepit obſiſtere ſtridenſq; ſup eū dentib⁹ veluti ſingl'arꝫ fer⁹. tēptatōes ei varia ꝯ excitabat. ſi forſitan aduerſ⁹ eū fraudis ſue repiſſet ingreſſuꝫ. Sꝫ hic ſcuto fidei cōmonit⁹ vigilanter inimici declinabat inſidias. ſanctas ſcripturas memoria retinēs atq; decantans.

## De inſidijs ⁊ illuſionib⁹ dyaboli.

Quadā vero die cū pachomi⁹ ſupplicaret dño. ⁊ genua vellet in orōne curuare. aū ꝯſpectū ei⁹ demonū p̄ſtigijs lacus apparuit. Huiuſcemodi nāq; figuras inanes atꝫ ſupfluas hoſtis hūani generis ſemp exhibere feſtīat. vt aliqua ſurreptōne vel fraude mens orantis a propria intentione diſtracta. p̄ces dño puriſſimas offerre nō poſſit. Pachomi⁹ aūt machinamēta xp̄o reuelāte cognoſcēs. p̄iterq; deſpiciens. maxīa fidei capiebat augmēta. hos quidē arguēs. deū vo ſolita grāꝝ actione bñdicens. Cōſueuerat qꝫ ſctūs vir ꝓcul a monaſterio ſuo cā oratōnis ad loca remotiora diſcedere. Qui cū exinde reuerteret'. imundi ſpūs illudentes. frequenter facto velut ordine p̄cedebāt. exhortātes alter alteꝝ quaſi aū iudicē directꝫ agminib⁹ ac dicentes. date locū homī dei. Pachomi⁹ aūt ſpe xp̄i redēptoris armatus ſpernebat eoꝝ ridiculoſa figmēta. ⁊ ac ſi canū latratus ineptiſſimos reputabat. Qui magnā viri ꝯſiderantes ꝯſtantiā. q in nullo p̄rſus tantis luctamib⁹ frāgeret'. irruūt ſuper eū magno cuneo ꝯglobati ⁊ circūdantes eius habitaculū. niſi ſunt illud a fundamento ꝯuellere. ita vt putaret ſanctus locū fuiſſe collapſum. Qui manēs intrepid⁹. conſuetā cytharā ſpiritalis plectri modulatōe pulſabat. ingenti voce decantans. De⁹ noſter refugiū ⁊ virtus. adiutor in tribulationib⁹ q̄ inuenerūt nos nimis ꝓpterea nō timebim⁹ dū turbabit' terra. Quo pſallēte ꝯtinuo eſt facta tranquillitas. ⁊ impetus inimicoꝝ velut fum⁹ euanuit. paululū q̄dem recedētes. vt canes qui fugati fuerīt ad pñs vident' abſcedere. ſed impudētiores poſtea reuertunt'. Nā cū idē ſctūs poſt orōnes ad op⁹ ſolitū ꝯſediſſet inſtar gallinacij nimie magnitudis corā eo viſus ē inimicus. crebras iterās voces. ⁊ clamores inconditos excitās. deinde ſaliens in eum ſuis velut vnguib⁹ fede lacerauit. Qui ſigno crucis frontē ſuā muniēs. exufflauit ī eū. moxq; fugatus eſt. Intelligebat eñi cūctas inimici verſutias. ⁊ timore diuino p̄ditus. illuſiones ei⁹ ꝓ nihilo ꝯputabat. Unde frequēter ab eo laceſſitus. in nullo laſceſſere poterat. ſed tanq; turris inexpugnabilis. patientiſſim⁹ ad omnia certamina ꝑdurabat. Rurſ⁹ alio tp̄e cohortes demonū tali genere fataſmatis ſanctū dei famulū fallere moliunt'. Plures eñi ꝯuenientes in vnū arboris foliū. corā eo magnis niſib⁹ ꝯuoluere videbant' ⁊ ſūmo conamie trahere dextra leuaq; ductis ordib⁹. ac ſeſe mutuo cohortantes ſic inſiſtere nitebātur. ac ſi magni lapidis mouerēt pond⁹ immenſū. Hoc aūt nequiſſimi ſpūs idcirco faciebant vt mentē ei⁹ ſi poſſent in riſuꝫ forte reſoluerēt. ⁊ inuenirēt vñ illi exprobrarent. Quoꝝ pachomi⁹ īpudentiā cernēs ingemuit atꝫ ad dñm ſolitis p̄cib⁹ ꝯuolauit. ſtatimq; vtute xp̄i tot⁹ eoꝝ cuneus eſt ad nihilū redact⁹. Frequēter etiā cū reſideret ad menſā deoq; grās ageret apparebāt illi in habitu pulcerrimaꝝ mulierū. ſpecie

differentiū ⁊ ꝓcaci ac feda nuditate ꝯſpicue. eidem aſtare videbant̄ ⁊ ex appoſitis ꝯtingere. Sed athleta fortiſſimus. q̄uis ſentiret ex hoc ipſo moleſtiā. tñ̄ exteriores oculos claudens. ⁊ interiores ad dñm reſerans. eoꝝ molimina deridebat. Aderat eñ̄ miſericors deꝰ. q̄ etiā nunc ꝯtritis ac rectis corde cūctis adeſſe dignat̄ ⁊ dicit nolite timere. ego vobiscū ſuȝ oībꝫ diebꝰ vſq; ad ꝯſummationē ſeculi. ſuūq; fidelē ſeruabat in omnibꝫ.

**De verberibꝫ quibus affligebat diabolꝰ Pachomium.**

ALia quoq; vice cū idē ſanctꝰ grauibus dyaboli moleſtijs vrgeret̄ ſic ab eo crudeliter ē ceſꝰ. vt a veſpera vſq; mane totū corpus cū multꝰ eſſet verberibꝫ exaratū. Et quāq; doloribꝫ cruciaretur imanibꝰ. nulla tñ̄ deſperatione penitus frangebat̄. ſed memor erat dñi. q̄ ſuos ſuos nō deſerit in tēptatōe. Tūc q̄dā mōachus Appollo nomīe. grā viſendi veīt ad eū. Cui pachomiꝰ loquēs. ea q̄ ꝑtinēt ad ſalutē. inſidias dyaboli multiformes eē ꝓnuncians. cepit etiā illa que circa ſe gerebātur exponere. quātaq; ſibi ꝑ eoꝝ acerbitates illata eſſent verbera recenſere. Ad queȝ monachꝰ ait. Viriliter age. ⁊ ꝯfortet̄ cor tuū venerabilis pater. Sciēs eñ̄ dyabolꝰ q2 ſi te ſuis cedentē ꝯflictibꝫ vicerit. ꝯſeq̄nter etiā nos qui ꝓ viriū poſſibilitate certaminū tuoꝝ ſectatores exiſtimꝰ. quiq; maxima ꝑ te capimꝰ exempla virtutū facile ſuꝑabit. idcirco te vehemēter impugnare nō deſinit. Sed tu dñi ꝓtectione munitus. impetum eius fortiter accipe. ne quod abſit ⁊ ꝓ nobis cogaris reddere rōnem. Nam ſi tu qui nobis grā diuina prelatus es aliq̄ deſidia ceſſeris. multis occaſionē ruine cauſamq; ꝓſtabis. Hec audiēs pachomiꝰ. grādes accepit vires aduerſus demonū inſidias. ⁊ glorificans deū de fratris ꝑſentia. ꝓcabatur eū. ne ſe deſereret. Exinde demoratꝰ ſepe veniebat ad ſenē. Qui poſt aliquantū tpis dum ſolito Pachomiū viſitans. paucis cū eo diebꝰ remoratus eſſet. valida infirmitate correptus. hūanis rebus exceſſit iuxta votū ſenis. dies ſuos ꝑfecta cōuerſatione ꝯſūmans. Sepelit̄ itaq; ſanctis manibus. pſalmis ab eo ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpiritalibus ex more celebratis.

**De ſecuritate ⁊ ꝑtāte que a domino eſt conſecutus.**

TAntam vero poſt hec fiduciā beatus Pachomiꝰ apud dñm acquiſierat. ⁊ ita ſpe diuina magnificus habebat̄. vt ſepe numero calcaret ſuꝑ ſerpentes ⁊ ſcorpiones. ⁊ ꝑ oīa maneret illeſꝰ. necnō cocodrilli ſi qñ neceſſitas fluuiū trāſire ꝯpelleret. eū cū ſūma ſubiectione portabant exponētes eū ad locū quēcunq; ꝑcepiſſet. Suꝑ his ergo deo grās referens. q̄ eū ab vniuerſis inimici fraudibꝰ ſeruauerit illeſum. orabat dicēs. Bñdictꝰ es dñe deꝰ patrū noſtroꝝ. qui nō deſpexiſti humilitatē meā. neq; ſiuiſti me nimis infirmū. decipi vel illudi fraude dyaboli. ſed miſericorditer ignorantie mee diſcutiens tenebras docuiſti me facere volūtatē tuā. Nā cū puſillus eſſem et abiectus. ac vite mee penitus neſcius. timoris tui ſenſum mihi largitꝰ es vt tenebras exteriores ⁊ ſupplicia eterna deuitans. te verā lucē gaudiūq; ꝑhenne cognoſcerē.

**De oratione qua orauit. vt ꝯtra inimicum preualeret.**

CUnq; ſe videret aſſidua demonis impugnatione pulſari tanq; fortiſſimꝰ athleta nimis alacer. ꝓ vite ſanctitate certabat. poſtulans a dño vt ſi fieri poſſet q̄ modū humane fragilitatis excederet neceſſitatē ſomni ſuꝑaret. quatenus diebꝰ ac noctibꝰ vigilans. aduerſarioꝝ machinamēta deſtrueret ſicut ſcriptū ē. Perſequar inimicos meos ⁊ ꝯphendā illos et nō ꝯuertar donec deficiant. Affligaȝ illos nec poterūt ſtare. cadēt ſubtꝰ pedes meos ⁊ ꝑcīxiſti me v̄tute ad bellū. Poſtq; vo hec petitio eiꝰ quantū ꝯditio ꝑmiſit hūana cōpleta eſt. inuiſibilē tanq; vidēs ſuſtinuit. in eloquijs celeſtibꝫ ſe ꝑſeuerāter exercens. Preces autem eius inceſſabiles erant. vt domini voluntas in omnibus impleretur.

**De familiaritate angeli qui locutus eſt cum eo.**

QUodā aūt tp̄e cum Pachomius
vigilaret in orōe. apparuit illi an
gelus dn̄i dicens. Uoluntas domi
eſt o pachomi. vt ei pura mēte deſeruiēs ⁊
iuxta formā q̄ tibi oſ̄ſa eſt cūctos inſtitu/
as. ac deo exhibere contendas. Accepat ei
dudum tabulā in qua erāt hec adnotata.

¶ Regula monachoꝝ quā Pachomius
ab angelo ſuſcepit.

SIngulis iuxta vires ſuas edere ꝯ
cedas ⁊ bibere ⁊ ꝓ mō veſcentiū
laborare ꝯpellas ⁊ neq̄ cōmedere
moleſtes. neq̄ ieiunare ꝓhibeas. Ualidi
oribus quidē ⁊ cōmedentibꝰ validiora. le
uiora vero infirmioribꝰ ⁊ abſtinētibꝰ impo
nas. Facies aūt cellulas diuerſas. ⁊ trinos
ꝑ vnāquāq̄ cellulā mā̄ere ꝯſtituas. Omni
bꝰ cibus in vno loco pareť atq̄ ꝯſumatur
Induanť aūt noctibꝰ lebitenos lineos pre
cincti lūbos. habeantq̄ ſinguli melotē id ē
caprinā pellē ꝯfectam albā. ſine qua nō co
medant neq̄ dormiāt. Accedētes tñ ad cō
munionē ſacramentoꝝ xp̄i. ⁊ cingulos ſol/
uant ⁊ melotē deponant. cucullis vtētes
tm̄modo. Hoc erat etiā p̄ceptū. vt iuxta
numerū elementoꝝ ⁊ grecaꝝ lr̄aꝝ. xxiiij.
turmaꝝ mōachoꝝ turme ꝯſtituerētur. ita
vt ſingulis turmis īponerenť ſingulaꝝ no/
mina litteraꝝ. id eſt alpha ⁊ deinceps vſ/
q̄ ad o. vt cū interrogaret archimandrita
de aliquo in multitudine tanta. facili rn̄ſio
ne cognoſceret. Uerbi gr̄a. vt cū diceret al
pha vel cetera et rurſus ſubnota o vel ſiti
ꝓprio q̄dā ſigno nomīs lr̄e vniuſcuiuſq̄ tur
me mores exprimeret. ſimplicioribꝰ ⁊ ino/
nocentioribꝰ iota nomē imponēs. difficili
oribus autem et tortuoſis decem competē
ter accōmodans. ita vt ꝓ modo cōuerſatō
nis ⁊ ꝓpoſiti ſingulis turmis cetera elemē
ta ꝯſignaret. ſolis ſpiritalibꝰ hec ipſa que
ſignificarent ſcire valentibꝰ. Sz ⁊ hoc fe/
rebatur aſcriptum. vt ꝑegrinus monaſte/
rij ſi veniret. habens habitū diuerſum nul
lus cum eo comederet. excepto eo qui iter
agens id obſeruare nō poſſet. Qui vo ſeť
ad hoc intraret monaſteriū. vt ibi iugiter
maneret ꝑ tres annos a ſtudijs ſacratiori
bus arceret. opareť tantū opa ſua ſimpli/
citer ⁊ ita poſt trienniū ſtadiū certamīs in
troiret. Cū aūt comederent capita ſua cu/
cullis operirent. ne frater fratrem videret
manducantem. ⁊ vt nullus comedens loq̄
retur. nec p̄ter menſam ſuos alibi circum/
ferret aſpectus. Nec nō ab angelo qui cū
Pachomio loquebať hoc quoq̄ ꝯſtitutū
eſt. vt diurne orationes duodecim fierent
⁊ veſꝑtine. xij. et nocturne. xij. Cūq̄ pacho
mius diceret paucas eſſe. rn̄dit angelus.
Has conſtitui quas poſſent infirmiores
abſq̄ labore ꝑficere. Ceteꝝ qui ꝑfecti ſūt
hac lege non indigent. Apud ſe nāq̄ in ꝓ/
prijs ꝯſtituti cellulis orare nō deſinunt. q̄
puritate mentis ⁊ diuina ꝯtemplatōe pa/
ſcuntur. Cumq̄ hoc dixiſſet nūcius cele/
ſtis abſceſſit. Et pachomiꝰ ſolito deo grās
referens. de viſione certꝰ eſt redditꝰ quā
trina reuelatione cognouerat. cepitq̄ cun
ctos ſuſcipe qui ſe dei miſerationibꝰ offe/
rebant. quos etiā poſt longā ꝯuerſationis
experientiā. monachoꝝ cetibꝰ aggregabat.
inſtruens eos illecebras mūdi fugere. ſan
ctiſq̄ ſemꝑ inſtitutionibꝰ inherere. primi
tus aūt āmonens beatus Pachomiꝰ vt
generaliter monachꝰ vniuerſo renūciet.
deinde iuxta euāgelicū p̄ceptū parentibus
ſuis ⁊ ad poſtremū ſibimet. vt ita poſſit tol
lere crucē ſuā. ⁊ xp̄i veſtigia veneranda ſe/
ctari. Tali itaq̄ beati ſenis āmonitōne for
mati. fructus penitētie dignos offerrebāt
maxime ꝯſiderātes eū iam etate defeſſum.
infatigabili ſtudio ſpiritalis vite fuire. nō
ſolū nāq̄ ſe diſtrictiori regule ſubdiderat.
ſed ⁊ totius monaſterij ſolicitudinē curā/
q̄ portabat. vltra vires oībꝰ fuire ꝯtendēſ
Ad horā nāq̄ ꝯuiuij ipe ꝑabat menſā fra
tribꝰ. ⁊ ſolita exhibebat officia. Nec nō ī or
tulis ſerebat olera. que ſuis manibꝰ irriga
bat. Siquis etiā monaſterij pulſaſſet oſti
um. vigilanter occurrēs rn̄ſum reddebat
Infirmis aūt diebꝰ obſequebať ⁊ noctibꝰ
⁊ in his omnibꝰ ſe maxīm exemplū ſuis di
ſcipulis offerebat. Quapropter hij qui nu/
per ad dn̄i ſeruitiū veniebāt alacriores ad
oīa pietatis officia reddebanť. q̄ ad aliud
ſolicitudinū onus adhuc obedire nō pote/
rant ſecuros eſſe ab vniuerſis diſſenſionibꝰ

ammonebat dicens. In quo vocati eſtis
fratres viriliter in eo ↄſiſtite. pſalmos di/
cite. libros alios ⁊ p̄cipue ſc̄m euāgeliū me
moria retinete. Sic eīn ſeruientes dn̄o. et
iuxta mandata eius inuicē diligentes vos
quidē eritis ꝑfecti. meū vero ſpūm ꝑ omīa
refouebitis. ꝑſertim ſi oīa p̄cepta celeſtia fu
eritis ſolicitius execuți.

De narratione triū venientiū ad pacho
mium.

ERant aūt tres hij viri qui primi/
tus ad pachomiū ↄuenerāt quorū
iſta ſunt nomina. poſtſentelius ⁊ ſu
ris ⁊ obſis. quib⁹ dei verbū pachomi⁹ fre/
quenter inſinuans. multū eos iuuerat. ⁊ ad
emulationē ſpiritalis opis incitabat. Qui
etiā ↄtem plantes vitam ſenis. ſpeculū eſſe
virtutis nimis āmirabanť dicentes Errāt
valde qui putant homines exinde iam a na
tiuitate parētū quodā priuilegio beatos exi
ſtere. vt arbitrij libertas adimatur. ⁊ pecca
tores ꝑ p̄ſīam nō poſſint opam dare virtu
tibus. Ecce eīn manifeſtiſſimā in hoc vene
rabili patre domini ↄſpicimus largitatē q̄
cū de gentib⁹ ortus ſit gentilib⁹ ⁊ ꝓphanis
ad tantam ſe beatitudinē diuini cultus ex/
tendit. vt omīa xp̄i mandata ꝑfecerit. Vn̄
certū eſt ⁊ nos ⁊ quicūq; voluerint adiu/
uāte dei gr̄a normā ſancti viri poſſe ſubſeq̄
ſicut ⁊ ip̄e ꝑfectiſſimoꝝ patrū emulatus eſt
ſanctitatē. Deniq; quid eſt aliud q̄d ī euā/
gelio ſcriptum ē. dicente xp̄o. Venite ad
me omēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ e/
go reficiam vos. niſi vt iniqua ꝓijcientes
onera. q̄ deprimūt genus humanū. bono in
cōmutabili ſine diſtractione iungamur Et
ideo pſeuerem⁹ vſq; in finē cū hoc ſene vt
glorificari cū ipſo in illa ꝑhenni beatitudīe
mereamur. Nam recte nos inſtruit domi
nico nō ſolū v̄bo. ſed quod ē efficaci⁹ ꝓprio
mirabiliter informat exemplo. Tunc acce/
dentes ad ſanctū Pachomiū dicūt ei. Pa
ter venerabilis. cur ſolus monaſterij curā
ſuſtines. Quib⁹ ille reſpōdit Nemo iugū
ſubito iumētis imponēs laborare ↄpellit. ⁊
tanto p̄mit onere q̄ ſub faſce deficiāt ſ; pau
latum aſſueſcunt ea leuiorib⁹ exercens ante
ponderibus. vſq; dū valeant ⁊ optune poſ
ſint ad opa grauiora ↄſurgere. Eodē mo/
do nos ↄueuit menſura ipſa qua nobis mē
ſus eſt xp̄s ſic agere vobiſcū. vt de veſtra ꝑ
omnia gaudeamus firmitate. Clemētiſſi/
mus aūt deuſ qui nunq̄ preces hūilitatis
mee deſpexit. corda veſtra in ſua diſciplina
corroboret. vt omne opus bonū ꝑficere cū
patientia ⁊ longanimitate poſſitis. ſctōrum
patrū veſtigia ſubſequētes. vt ſincerā ac
deo placitā ↄuerſationē veſtrā vidētes. alij
ad xp̄i ſuitiū veniāt. curāq; monaſterij pa
tris equo labore ſuſtentent.

Q, pachomi⁹ multos ſuſcepit in habi/
tu monachi.

REgulas igiť eis quas accepat tra
didit ſc; vt laborent. moderatū ci
bum. viliſſimū veſtimentū ſomnū
etiā ↄpetentē. Vn̄ factū eſt vt iuxta volun
tatē dn̄i qui omnes homīes ↄuocat ad ſa/
lutē cunctaq; bonorū incremēta largiť. ad
ſenem plurimi ↄuolarent. volētes ꝑiter ↄ
morari. inter quos erant Pecuſius ⁊ cor/
nelius. Paulus quoq; Pachomi⁹ alter.
⁊ Johannes qui omēs īmaculatā fidē bea/
ti patris ⁊ doctrinā ſalutiferā libenter am/
plexi ſunt. Statuitq; vt hij qui poterant
monaſterij ſuſcipent curā. ⁊ ita in breui mľ
tiplicatus eſt monachoꝝ numer⁹. Proin/
de cū ſolēnitas ex more depoſceret vt miſte
rioꝝ celeſtiū ꝑticipes fierent. ex primis vi
culis p̄ſbiteros ↄuocabāt. qui eis feſtiuita
tem leticie ſpiritalis implerēt. Nō eīn pa
tiebatur idem ſenex inter eos quēpiā. qui
clericatus officio fungereť. Dicebat eī mľ
to meli⁹ eē atq; ↄmodi⁹ monachis nō ſolū
ꝓ[illegible]ſus honorē nō querere primat⁹ ⁊ glorie
verūetiam occaſiones huiuſcemodi de ce/
nobijs āputari. q̄m frequēter hinc īter fra
tres ↄtentiones ⁊ emulationes inutiles na
ſcerentur. Sicut eīn ſcintilla ignis cum in
meſſem cecidei t nō cito reſtringiť. ſed in
terdū toti⁹ anni fruct⁹ exurit. ita cogitatio
fera ľābitus ſi mētes irrepſerit mōachoꝝ.
vt vel primi cupiāt eē vel clerici. niſi cito
ſuggeſtionis hui⁹ ardorē de ſuo corde repu
lerint. ilico ꝑdent ↄtinentiā multis labori/
bus acquiſitam. Oportet ergo cū māſuetu
dine ⁊ caritate ↄmunicātes chriſti eccleſijs

clericos venerari. q̄ꝛ hoc expedit monachiſ
nullas aūt religioſas appetere dignitates.
Si vero reperim⁹ aliquos ex monachis iā
pridem clericos ab ep̄is ordinatos. ample
ctamur eoꝝ miſteriū. q̄ꝛ ⁊ in veteri teſtamē
to nō omne vulgus ſacꝝ p̄ſumebat officiū
ſed hij tantū qui erāt de tribu Leui ad hec
obſequia mancipabanť. Si qñ igiť extra-
neus frater aduenerit de quo certū eſt ꝙ ſa
cerdotij fungať officio nō exprobrem⁹ ei tā
q̄ꝫ qui ſacra iura puaſerit. ⁊ his ſe miſterijſ
inſolenter ingeſſerit. Quo nanq̄ꝫ hoc de
eo ſuſpicabimur quē nobiſ ad celebrāda ce
leſtia ſacramēta enixius obiecram⁹. Im-
mo magis vt patrē ⁊ nobis in hac re obedi
entem plus venerari ꝯuenit. vtpote q̄ ſan
ctorū veſtigia ſectetur. ⁊ illibatū deo mun⁹
offerre nō deſinat. maxime ſi ꝯuerſatio eiuſ
expectata cūctis eſt ⁊ ꝓbata. Si vero qđ
abſit in aliquo putatur eſſe collapſus. de eo
iudicare nos nō poſſum⁹. Deus eñ iudex
iuſtus ꝯſtituit ſup eos ep̄os iudices. qui
beatorū apl̄oꝝ ſucceſſores ⁊ imitatores exi
ſtunt. qui pñt ſpirituali examine diſcernere
negocia ſinguloꝝ. ⁊ eque de eis ferre iudici
um. Nos aūt ꝯpatiamur ex imo pectore ta
libus. quia ⁊ miſericordes nos dñs noſter
eſſe cōmonuit. cui ſupplicare iugiter optet.
ne nos in aliquā temptationē patiať indu
ci. Hec a memorato patre. nō ſolū dicebā-
tur vtiliter. ſꝫ ⁊ cū omni ſolicitudine ſerua-
bantur. Si qñ deniq̄ꝫ veniſſet ad eū cleri
cus. qui ſub eius vellet regula viuere dig-
nitati eius honorē reddebat. eccl̄ie debitū.
ille vero monachorū ſeruiens inſtitutis tā
q̄ꝫ patri ſe multa humilitate ſubdebat.

## De humilitate pachomij.

Omnes aūt xp̄i famulos beatus pa
chomi⁹ adeo diligebat vt eis ſēp
ꝯpateretur paterno affectu. Seni
bus etiā ⁊ egrotantib⁹. necnō ⁊ puulis mi
ſericordie opa ꝓprijs manib⁹ ingerebat. p̄
ceteris eorū mētes munimine ſpirituali cor
roborans. Cunq̄ꝫ in fide ⁊ ope multi ꝓfice
rent. ⁊ magnus fratrū numer⁹ augereť. om
nes ꝓpe modū ſatagebant emulatores eius
eſſe virtutis. Cōſtituit igiť ex eis p̄poſitos
qui ſibi ad lucrandas aīas que ad eū quoti-
die ꝯfluebant adiutores exiſterent. Pluri
mis eñ ſicuti dictū eſt ad eū venientib⁹. et
multipliciter in ope ſpirituali creſcentibus.
magna quedā ꝯuerſatōnis eoꝝ videbatur
eſſe diuerſitas. Quib⁹ ſenex iuxta datā ſi-
bi diuinitus regulā grā xp̄i ſemp omīa mo
derantem. ꝓ virib⁹ ⁊ ingenijs ſingulorum
menſuras ⁊ formas opum cuſtodiri cenſe-
bat. alios quidē vt labore manuū victū q̄-
rerent. alios vt fratrū occupareňť obſequi
is. ne hiſdem cūcti tp̄ib⁹ veſcereňť. ſꝫ vnuſ
q̄ſq̄ꝫ ꝓ labore ſuo vel ſtudio ꝯtinētie mode-
ramina retineret. Solicitudinē vō totius
diſpenſationis erga frēs ⁊ pegrinos eidē
cōmiſit. qui ſe in ordine ſequebať. Vniuer
ſos aūt monachos ꝓmptos eſſe ad obediē
tiam cōmonebat. vt hoc cōpendio facile p-
fectionis apprehenderēt celſa faſtigia. cor-
daq̄ꝫ ſua in timore xp̄i diligenter excolerēt
ſic eñ deo poti⁹ q̄ꝫ ſibi viuerēt dū fructus
obediētie ſimplices exhiberent Hic aūt pa
ter venerabilis q̄uis eſſet ſpiritualib⁹ acti-
bus occupat⁹. ſi qñ tñ accideret. vt abeſſet
is cui monaſterij curā cōmiſerat ſic adim-
plebat omnia ſolus. velut omniū famulus
Et hoc agebat ſine aliqua oſtentatione vľ
iactantia que magnas ſpiritualiū viroꝝ ſo-
let euacuare virtutes. Nam ſumma mētiſ
humilitate cunctos edificabat in dño. vti-
liter vniuerſa diſpenſans. Omnia quoq̄ꝫ
monaſteria ſolicite circuībat. vſq̄ꝫ dū rur-
ſus ad eoſdē filios ſuos paterno repedarē
affectu. Quos inueniens in ope dñi ſolici-
te vigilare gaudebat. multūq̄ꝫ de ꝓfectuū
eorū letabať augmentis.

## De charitate Pachomij.

Quodam vero tp̄e videns aliquoſ
mediocres homines in vicinis lo
cis dū paſcerent pecora a cōmuni
one ſacramentorū xp̄i diutius abſtinere. in
ijt ꝯſiliū cū ſcō Pyꝫcerio cētyroꝝ ep̄o vti
vico eoꝝ iā pene deſerto ꝯſtrueret eccl̄ia ad
quā ꝯuenirent ⁊ miſteria diuina pciperent
Qđ vbi factū eſt. cū nec dū ibi eſſent ordi-
nati clerici qui ſolēnia plebi pagerent. ip̄e
ad horā ꝯuentus eccl̄ie cū monachis occur
rebat. ſalutiferas plebi paginas relegens.
quia vt dixi nondū ibidē lectores fuerant

conſtituti. nec alij clerici qui miſteria ſacra
celebrarent. Quãdiu ergo p̄ſbiter ordina
retur. et reliquus ordo clericoꝝ Pachomi
us venebat ⁊ ſic alacriter ac inuerecũde le
ctoris implebat officiũ. ⁊ ita mẽtis ac cor/
poris oculos habebat intentos. vt vidẽteſ
eum populi non hominẽ ſed dei angelum
crederent. Unde plures inſtitutione eius
ab errore ꝯuerſi. facti ſunt chriſtiani Erat
enim circa proximi caritatẽ valde perfectꝰ.
et in tantũ miſericors vt ſiq̄n vidiſſet ali/
quos dyaboli fraude deceptos. eoſq; non
verum deum colere. ſed vanis inſeruire ſi
mulacris. ſup eoꝝ ꝑditione ingemiſcebat
fortiter. et vbertim lacrimas pro eoꝝ ſalu/
te fundebat.

¶ Quomodo pachomius ſcripta Orige/
nis damnauit.

Q

PEr idez tempꝰ alexandrine eccle
ſie ſanctus ep̄s Athanaſius ꝑerat
vir omni virtute mirabilis. Qui
cum ſolẽniter Thebayde circũiret eccleſi/
as. ⁊ ſalutari doctrina in fide xp̄i plebẽ in/
ſtrueret. accidit vt ad loca tabẽnenſiũ naui
gio perueniret. Qđ vbi pachomiꝰ agno/
uit. ſtatim cũ vniuerſis monachis in eius
ꝓperauit occurſuz. omneſq; gaudẽtes ⁊ ex
ultantes. cũ pſalmis ⁊ hymnis ſummũ xp̄i
ſuſcepe pontificẽ. ⁊ erat ingens multitudo
fratrũ qui de eius aduentu letabanť in do/
mino. Pachomiꝰ vero nõ ſe oſtẽdebat an
tiſtiti memorato ſed ex induſtria ſubtra/
hens ſe inter monachoꝝ turbas occultauit
ex hac videlicet cauſa. q꜡ antefatus tenty/
torũ epiſcopus de eo ſanctũ Athanaſiũ ſe
pius exorarat. virũ dicens eſſe mirabilem.
et vere famulũ dei quẽ ad honorẽ ſacerdo
tij digniſſime ꝓmoueret. id ergo ſciens pa/
chomius non ei ſe manifeſte mõſtrauit ĩter
monachorũ agmina deliteſcens. vſq; dum
idem preteriret epiſcopus. quẽ intantuz ve
nerebatur. vt nullum p̄ſtantiorem ipſiꝰ tẽ/
poribus hominẽ diceret. Compererat eniz
ſanctam vitam eius. ⁊ perſecutiones innu
meras quas ab Arrianis pro chriſti pertu
lerat nomĩe. Caritatẽ quoq; quã erga vni/
uerſos et maxime monachos exhibebat. in
tento mirabatur animo eumq; toto cordis
affectu venerabatur. Nec ſolum hunc dili
gebat ardentius ſed et omnes recte fidei
viros. ſummo ſtudio p̄ferebat. Hereticos
autem deteſtabatur plurimũ. ⁊ maxime Ori
genem velut blaſphemũ ac ꝑfidũ vehemẽ
ter horrebat. qui ſub Eracla venerabili ale
xandrine ciuitatis epiſcopo de eccleſia pul
ſus eſt. quiq; ſancte ſcripture dogmatibus
exoſa atq; deteſtanda que nõnulloꝝ corda
ſubuerterent expoſitionibus ſuis admiſcu
it. et ſicuti ſolent qui veneni temptant ama
ritudinem melle contegere. ſic iſte ꝓpriũ vi
rus erroris celeſtium verborũ dulcedine
liniens rudibꝫ exicioſa dogmata ꝓpinauit.
Quaꝓpter vniuerſos fratres ſolicitꝰ am
monebat. vt non ſolum ipſi Origenis cõ/
menta non legerent. ſed neq; legentibꝫ qui
dem aurem penitus admonerent. Unde
fertur aliquando cepiſſe volumẽ eius. ⁊
in aquam merſiſſe continuo teſtabatur his
verbis. Niſi ſcirẽ nomem dei in eo eẽ ꝯſcri
ptum. omnes garrulitates blaſphemiaruz
eius ignibus concremaſſem. adeo recte fi/
dei erat amator. emulatorq; veritatis Si/
cut autem inimicis eccleſie odio aduerſa/
batur hoſtili. ita catholicorũ ꝓbabatur ad
gaudere profectibus. et ipſum chriſtum re/
demptorem omnium ſe in ſacerdotibꝫ ec/
cleſie cernere teſtabatur. Si quando vero
fratrem detrahentem pro quolibet negocõ
cognouiſſet. non ſolum non credebat ei. ſed
etiam auertens ſe mox ab eo. veluti a facie
ſerpentis cõcitus abſcedebat. illud pſalmi/
graphi frequenter inſinuans. Detrahentẽ
ꝓximo ſuo occulte hũc perſequebar. Nul
lus aiebat bonus de ore ſuo ꝓfert quicq̃
mali. nec ſanctis patribus venenato ore ꝓr
ſus obloquitur. De qua re multis quidem
ſcripturis dei monſtrabat indignãtis offen
ſam. precipue tamen Marie proferebat ex
emplum. que mox vt aduerſus Moyſen q̄
relas obtrectationiſ effudit. ꝑfuſa lepra di
uinum iudiciuz vitare non potuit. Hec di
cens vtilitatem maximam audientibus cõ
ferebat.

¶ De monaſterio quod pachomius
ſorori ſue conſtruxit.

R

Comperit autē Germana ſoror e-
ius inſtitutionē ſenis ꝑclarā atq
ſublimē. cupiens videre eū ad mo
naſterium venit. Quod vbi agnouit Pacho
mius huiuſcemodi reſponſum ei ꝑ oſtiariū
dirigit. Ecce ſoror audiſti de me ꝙ viuam
⁊ incolumis exiſtam perge igitur in pace.
ne contriſteris ꝙ te nō videam corꝑalibꝰ
oculis. Q ſi volueris hanc conuerſatio-
nem ſequi quā teneo. vt poſſis apud deū
miſericordiā reperire. cogita tecū diligēter
⁊ tracta. ⁊ ſi cognouero ſanctū cordi tuo ſe
diſſe ꝓpoſitū precipiam fratribꝰ meis qui
tibi ꝓcul edificent manſionē in qua cū di-
ſciplina verecundiaq ꝑſiſtas. Nec dubi-
to ꝙ alias exemplo tuo dominus aduoca-
bit. que tecū maneant. ⁊ ꝑ te mereant ſalu
tis eterne inuenire ſubſidium. Nullā nāq
requiem in hoc corꝑe mortis habere pote-
rit homo niſi qui pijs oꝑibus deo placuerit
Hec audiens ſoror eius fleuit amariter. ⁊
compuncta diuinitus ad exhortationē ſa-
lubeꝛrimā mox appulit animū. ſeq xp̄o ſer
uire ꝓfeſſa eſt. Hanc ergo mentē Germa
ne ſue Pachomiꝰ agnoſcens. deo gratias
egit. qui ei ꝓmptam largitus eſt voluntatē
⁊ protinus religioſioribus imperat fratri-
bus. vt ei procul a ſe monaſterium conſtru
ant. Quod vbi factum eſt. ⁊ illa ſcd̄m ti-
morē dei vitam duceret. ꝯuenerūt ad eam
alie plurime. ⁊ breui tempore magne mul
titudinis mater effecta eſt Quas inſtruēs
et docens. vt cora cupiditatibꝰ carnalibus
abſtrahentes ad celeſtia ⁊ manſura ſupat-
tollerent. ⁊ ipſa pariter ⁊ viuēdo ⁊ loquen-
do ſalutis eis itinera demonſtrabat. San
ctus autem Pachomius cuidam Petro
etate iam grandeuo ⁊ veneranda ſenectute
ꝯſpicuo ꝑcepit. vt interdū famulas dei vi
ſitaret. et ſancta exhortatione ſuſtolleret.
Habebat enī mortificationē paſſionū om
nium etiā ſermonē ſicut ſcriptū eſt ſale cō
ditum. Pachomius vero deſcripſit eis re
gulas quibus vtentes iugiter conuerſatio
nis ſue monimēta dirigerent. Exceptis ei
melotis quas femine nō habent omnis in
ſtitutionis earum forma monachis ꝓbat
eſſe conſimilis. ¶ Siquis autem de fratri
bus habebat in monaſterio feminarū ꝓpin-
quam aliquā vel ſororē eamq viſitare vo
luiſſet. mittebatur cū eo vnus ex ſeniorībꝰ
ꝓbate vite ⁊ primū quidē videbant eā q̄
ſororibꝰ preerat. ⁊ deinde ſub eiꝰ preſentia
et aliarum que erant ꝓuectioris etatis ſo-
rorem ſuam vel ꝓximā frater cū omni pu-
dore et ſanctitate cernebat. nihil ei deferēs
nec ꝓrſus ab ea quicq accipiens. Nō enī
proprium quid habebant quod ſibi mutuo
largirentur. eratq ſatis vtriſq ſolū viſita
tionis officiū. memoriaq futurorū cū ſpe
felicitatis eterne. Si qñ vero vel ad ſtru-
cturam vel ad aliam rem femine monachis
indigerent. eligebatur magne conuerſatio
nis vir qui fratribus acquiſitis ꝑeſſet offi
cijs. ⁊ cum timore domini laborantes refe
ctionis hora reuertebantur ad monaſteri-
um. cauentes apud eas quicq cibi potuſ-
q percipere. Vna vero regula tam virorū
q feminarū hodieq perdurat. niſi ꝙ femi
ne melotis vt dixi minime vtuntur. Q
ſi defuncta eſſet virgo curantes funus eius
reliqueque. cunctaq q̄ ad ſepulturam pertinēt
adimplentes. deferebant vſq ad ripā flu-
minis quod vtraq monaſteria diuidit pſal
mos ex more cantantes. Tunc tranſeun-
tes monachi cum ramis palmarū ac frondi
bus pſallentes tranſuehebant eam. et in ſe
pulcris ſuis cum hilaritate condebant.

¶ De conuerſatione Theodori
viri dei.

Hec talis ac tanta conuerſatio lon
ge lateq crebreſcens ſancti Pa-
chomij nomē vbiq peruehens v-
niuerſos ad agendas deo gratias excita-
bat. Non pauci q̄ ꝯtemnentes huius mū
di negocia. ſingularem monachorū ꝯuerſa
tionem et ſpiritalia ſtudia diligebant. inter
quos ⁊ Theodorus adoleſcens annorum
ferme. xiiij. xp̄ianis ortus parentibus. ⁊ ſe
cundū ſeculū valde claris. hoc modo ꝯuer
ſus eſt. Vndecimo die tybe id eſt ad octa-
uum ydus Januarias. quedam apud egy-
ptum celebratur ex more feſtiuitas. Cer-
nens itaq domū ſuā nimis amplā ac ſplē
didam. ac bonis omnibꝰ habundantem. ꝑ

dei gratiam corde compunctus talia ſecuʒ
cepit voluere. Quid tibi proderit infelix
Theodore. ſi totum mundum lucratus fu/
eris. ⁊ temporalibus vtens vſqꝫquaqꝫ di/
uitijs. ſi ab illis eternis bonis ⁊ imortalibus
excludaris. Nullus enim pōt et pſītib⁹ di
uitijs perfrui ⁊ perhennis glorie premia ꝓ
mereri. Sup̄ his ergo fortiter ingemiſcēs
penetralia ſue domus ingreſſus eſt. ⁊ proci
dens in faciem ſuam cuʒ lacrimis ait. Om
nipotens deus qui occultoꝝ es cognitor.
tu ſcis quia nihil horum que ſunt in hoc ſe
culo amori tuo prepono. Propter qđ ob/
ſecro te miſericors. vt voluntatem meā di
rigas. illuminans animā meam miſeram.
ne eterna morte contenebrata peccatis ob
dormiat. ſed redempta tuo munere ꝑ omi/
nia te collaudet atqꝫ glorificet. Hec eo o/
rante venit mater illius. et inuenit oculos
eius plenos lacrimis ⁊ ait. Quis te ꝯtri/
ſtauit cariſſime fili. vt ſequeſtreris a nobis
Nam ſoliciti ac dolentes vbiqꝫ te quere/
bamus vt nobiſcū pariter epuleris. Qui
reſpondit. Perge queſo mater. ⁊ cibū ſu/
me. quia ego nunc manducare non poſſuʒ.
Nec acquieuit ꝓcibus eius. vt cum ea cō/
mederet. Et cum ad ſcolam ambularet vt
literas diſceret. ieiunabat vſqꝫ ad veſperā
Frequenter autēʒ ⁊ biduana ieiunia tranſi/
gebat. per duos annos omnibus precioſis
et delicatioribus cibis abſtinens. ſeqꝫ ad ꝑ
fectam continentiam quantuʒ etas illa pa
tiebatur extendens. Cepit itaqꝫ ſecum tra/
ctare quatenus monaſterium expeteret. ſā
cteqꝫ regule manciparet. Et deſerens om/
nia queqꝫ habebat. quoſdam religioſos vi
ros reperit: optima inſtitutione viuentes.
habitauit cum eis in domini timore profi/
ciens.

¶ Q, Theodorus ſuſceptus eſt
a ſancto Pachomio.

Quodam vero tempore contigit vt
poſt orationem veſpertinam. cum
monachi reſediſſent. ⁊ diuina con
ſuete meditarentur eloquia. vnuſqꝫ ex eis
diſputans. Audiente quoqꝫ Theodoro ta
bernaculum veteris teſtamenti et ſancta
ſanctorum ad duos referret populos ad cir
cumciſionem ſcilicet atqꝫ preputium. Di
cens ꝙ exterius tabernaculum figuram ge
reret prioris populi iudeorum. Interius
autem quod eſt ſancta ſanctorum vocatio/
nem preſignaret omnium gentium que ad
ſacrationis aditus meruiſſet acceſſum. ⁊ ma
iorum miſterioꝝ̄ particeps extitiſſet. pro
hoſtijs enim animaliū. ⁊ ꝓ archa in qua e/
rat manna ⁊ virga Aaron q̄ fronduerat. et
tabule teſtamenti. pro tabulis teſtamenti.
pro thuribulo quoqꝫ et menſa et candela/
bro ac propiciatorio. deus verbum nobis
in ſua incarnatione clementer apparuit. et
illuminauit nos lumine ſue preſentie. no/
ſtrorumqꝫ factus eſt propiciatio peccatoꝝ̄
et pro manna corpus proprium largitus ē
ad edendum. Hec cum monachis qui pre
ſentes aderant ideʒ fratribus religioſe diſ
ſereret adiecit dicens. Hanc interpretatio
nem a ſancto patre noſtro Pachomio di/
dici. qui in tabennenſi cenobio monachos
primituſ congregauit. cum quibus indies
domino auxiliante proficit. Et credo quia
tanti viri recordatus ſum peccata mea re/
mittantur vniuerſa. Audiens iſta Theo/
dorus accenſus eſt aīo ⁊ intra ſemetipm̄
deprecatus eſt dicens. Domine deus me/
us. ſi talis eſt vir iuſtus in terris dignum
me fac vt eū videā. ⁊ ſequens veſtigia eiuſ
vniuerſa mandata tua perficiam. ſaluus
quoqꝫ factus. bona tua que diligentibus te
promiſiſti ꝓmerear. Hec dicens cum la/
crimis vinciebatur amore diuino fortiter
ſauciatus. Poſt aliquos autem dies. ve/
nit ad eos quidā venerabilis vir Pecuſi⁹
nomine decoratus vt viſitaret fratres. ſi/
mulqꝫ q̄liter agerēt ſcire deſiderās. Quē
valde Theodorus precabatur. vt ſe comi
tem ſuſcipet ⁊ ad ſanctū pachomiū digna/
retur adducere. Qui nihil differens. eum
ſecum gratanter aſſumpſit. Cunqꝫ ꝑueniſ/
ſet ad locum Theodorus adorauit dn̄ʒ di
cens. Benedictus es domine. qui ſic cele/
riter orationem peccatoris audiſti. ⁊ ſicut
abs te popoſcerā deſiderium meum ꝯplere
dignatus es. Accedens ergo ad oſtiuʒ mo
naſterij. mox vt vidit Pachomium cepit
flere pre gaudio. Ad quem venerabilis

pater ait. Noli fili mi plangere. quia ⁊ ego
homo peccator ſum. licet dei opus aggreſ-
ſus ſim. ⁊ hec dicens introduxit eũ in mo
naſterium. Qui cum vidiſſet fratrũ multi-
tudinem illũinatus mente circa diuinum
cultum. pio zelo vehementer incaluit. ac ꝓ
ceſſu temporis magna in virtutibus incre
menta percepit. Erat enĩ largitate diuini
muneris preditus. ⁊ in opibus bonis ac ver
bis multum prudens et humilitate atq̃ cõ
tritione cordis valde mirabilis. in ieiunijs
ſedulus. in vigilijs intentus. in oratione ſo
licitus. nunq̃ penitus omittens quin ſpiri
talis gratie maiora munera ſectaretur. Cõ
ſolabatur autem plurimos merore depreſ-
ſos. et eos qui aliquo peccato deuiauerant
ammonitione humili atq̃ beniuola corrige
bat.

Theodorus matrem ſuam videre ren-
nuit.

Denique tam preclaram ac fulgentẽ
conuerſationem eius Pachomi⁹
cernens. ſatis eum dilexit. ⁊ ĩ cor-
de ſuo conſeruauit. Audiens autem mater
eius ꝙ apud beatum Pachomium mora-
retur. ad eum protinus aduolat. ſecum de
ferens epõrũ ſcripta. que precipiebant vt
ei ſuus filius redderetur. Hanc ergo ſuſce
perunt virgines in monaſterio. quod a vi-
rorum vt ſupradictum eſt haud procul abe
rat. que mox mittit epiſtolas ſancto pacho
mio ſimul obſecrans vt filiũ ꝓprium vide-
re ꝑmitteret. Tunc aduocans Theodorũ
Pachomius. ait ad eũ. Compi fili ꝙ huc
mater tua venerit. vt te videre deſideret.
ecce nobis et epõꝝ litteras attulit. Pergẽs
itaq̃ ſatiſfacito matri. maxime ꝓpter ſan-
ctos epiſcopos qui nobis per eam dignati
ſunt ſcripta dirigere. Rñdit Theodorus
Prius me venerabilis pater certũ facito.
ꝙ poſt tanta ſpiritalium rerum cognitionẽ
non dabo inde rationẽ in die iudicij. ⁊ qđ
precipis faciam. Hanc enĩ iuxta mandatũ
chriſti cũ toto mundo deſerui. ⁊ quomodo
eam in offenſionẽ fratrũ nunc audeo ꝯſpi-
cere. Nam prius ante manifeſtatõem tan
te gratie filij leui ꝑentes ꝓprios ignorarũt
vt iuſtificationes legis implerent. quãto-
magis ego qui tanti muneris ꝑticeps fact⁹
ſum parentes non debeo diuine maieſta-
ti preponere. dicente domino in euangelio.
Qui diligit patrem aut matrem ſuper me
non eſt me dignus. Dicit ei pachomi⁹ Si
putas id tibi non expedire fili mi. non te co
go. Hoc autem eorum eſt qui perfecte re-
nunciant huic mũdo. et ſeipſos penitus ab-
negant. Oportet enim monachos inutiles
⁊ ſeculares ſalutationes et colloquia vana
diffugere. ⁊ his qui mẽbra chriſti ſunt pia
mente ſociari. Si quis autem paſſione qua
dam ſeculi captus dicit. parẽtes caro mea
ſunt. eos diligere debeo audiat beatũ Pe-
trum apoſtolum predicantem. A quo quis
ſuꝑatur huic ſeruus efficitur. Qui g̃ vinci
tur amore carnis. ſeruus ſine dubio ẽ car-
nis. Cumq̃ non acquieuiſſet Theodorus
matri ſe preſentare decreuit et illa in ipſo
monaſterio cum chriſti permanere virgini
bus. hoc apud ſe ſemꝑ tractans. Si volũ-
tas domini fuerit. inter alios ſaltem mona-
chos videbo eum. et propter hanc occaſio
nem meam quoq̃ lucrabor animã. dum in
hac ſancta ꝯuerſatione perſiſto. Cõſtat igi
tur eos qui rigorem pro nomine chriſti nõ
pro vana laude cuſtodiunt plurimas vtili
tatis cauſas ceteris adhibere. licet videan
tur ad breue tempus nõnullos offendere.

De quibuſdam reprobis
monachis.

Igitur ſicut huius ſtudiũ ad emu-
lationem eorum qui meliora cupi
unt imitari pertulimus. ita negli-
gentias aliquorum iuſtum credimus inti-
mari. ad cautelam eorũ qui iſta lecturi ſũt
Quidam monachi ſecundum carnem vi-
uentes nec veterem hominẽ curantes ex
uere ſanctum Pachomium fortiter affige
bant. frequenter ita ſalutaribus eos moni
tis alloquens. nullum profectum eorũ pe
nitus ſentiebat. Unde triſtis ⁊ anxius do
mino pro eis ſupplicabat impenſius dicẽs
Dominator domine tu precepiſti nobis di
ligere proximos vt noſipſos. Quia er-
go ſecreta cordis mei agnoſcis. obſecro te
ne me clamantem ad te pro eorum ſalute

deſpicias. ſed miſertus eorum da illis ti/
morem tuum vt diuinam potētiam agno/
ſcentes. in veritate tibi deſeruiant. ſpe pro
miſſionū tuarū ꝑ omnia roborati. qꝛ nimis
affligit̃ anima mea pro eis. ⁊ omnes ſenſ⁹
mei turbantur vſqꝫ quaqꝫ. Hec dicēs ſiluit
Poſt aliquātos vero dies videns ꝙ nec
per oratōnē meliores effecti ſunt. iterū ſtās
ad orōem pro eis dn̄o ſupplicauit. et quaſ
dam paruas ac ꝓprias regulas eis orandi
atqꝫ viuendi tradidit. vt ſaltē q̄ſi ſerui ſta/
